



1.
2.
3.
4.
10
11
2.
3.



1696

1. Harpprechtus, Ferdinand Christophorus: De jure liberorum
a desponsatio ante benedictionem sacerdotalem, nec
ex post subsequente, procreatorum.
2. Harpprechtus, Ferd. Christophorus: De probatione
filiationis ex concubitu consponsorum, ante
Hierologium nec ex post subsequente et de
jure talis proles in Ducatu Wirtembergico.
3. Scheinmann, David: De auctoritate legum civilium
extra territorium legislatoris.
4. Schroederus, Gabriel: De conditione ex lege
liberis ad supplementum legitimae competente

1698

1. Grassus, Michael: De eo, quod iustum est circa
pubalatorias militum excursiones
25 Sept. 1698 - 1715
2. Grassus, Michael: De obligatione generica.
3. Harpprechtus, Ferdin. Christophorus: De fidei commissis
conventionali.

1699.

1. Gromus, Michael: Oclinalio mandati juris Delibonatis
de non alienando
2. Harpprechtus, Ferdin. Christoph: De solutione conjecta
rata.
3. Harpprechtus, Ferdin. Christophorus: Conjecturatae
solutionis et praescriptionis, in effectibus praecipue
consideratarum, differentiae principes.

1700.

1. Harpprechtus, Ferdinandus Christophorus: De divi-
sione bonorum inter liberos a parente adhaec in vivis
facta. 2 Guenpl.
2. Harpprechtus, Ferdinandus Christophorus: De bene et
maledictione parentum

1701

1. Majerus, Ernestus Theophilus: De contumacia
2. Scherrenmannus, David: Resolutiones succinctae casuum
selectorum ex materia de successioneibus.

Handwritten notes on the left margin, including the letters 'e', 'is', and 'L'.



1799

1. Meyers, Michael - ...

2. ...

3. ...

4. ...

1798

1. ...

2. ...


1797

1. ...

2. ...







TRACTATIO IURIDICA.

DE
IURIS
NATURALIS

RESPONSA IURIS

BENEDICTIONEM SACERDOTUM
LEMENEC EX POST SURSICUM
PROCESSIONUM

ANNO DOMINI 1600

VERUM IURIS

DE IURIS





11

3.

1698, 1^a

DISSERTATIO JURIDICA

DE

EO, QUOD JUSTUM EST,

CIRCA

PABULATORIAS

MILITUM EXCURSIONES,

Vulgò

Vulgò

5

Bouragiren

Quam,

Cœlesti favore aspirante

CONSENSU ET PERMISSU

MANIFICI ET AMPLISSIMI FACTORUM

ORDINIS,

PRÆSIDE

DN. MICHAELE GRASSO, U. J. D.

Codicis, Novellar. & Crimina'. Sanction. P. P.

*Cognato, Fautore ac Studiorum suorum Promotore eo, quo par est,
cultu atatem prosequendo,*

Publico Eruditorum Examini subicit

CASPAR CORSWANT, Gryph. Pomer.

In Auditorio Juridico,

Addiem Junii, 1698.



TUBINGÆ, Literis JOH. CONRADI EITELII

1698



DISSECTATIO JURIDICA
DE
NOBIS QUOD IUSTUM EST.
CIVILIS
PABULI TORIAS
MILLIUM EXCUR.

DEO
PATRIÆ
PATRONIS
ET
AMICIS.





P R O O E M I U M.



Presentem, quam Excellentissimus Dn. Praeses, Cognatus ac Promotor Studiorum meorum, eo quo par est cultu atatem prosequendus circumspicienti mihi de argumento Dissertationis alicujus Juridicae in illustri hac Universitate, ubi per biennium Studiorum causa non sine fructu degere licuit, ante abitum habenda, ex frequentiori haecenus, & proh dolor! maxime etiam in his oris per duo ferè lustra quotidiano usu commendabat materiam pabulatoriarum, quae à militibus sunt, excursionum, dissuadere minime poterat, sive praesens rerum status, qui loco infelicioris sagè auspiciatori togà jam indutus videtur, tutiorem nobis, modo Deus annuerit, & sinistre fortean cogitata in meliorem successum distorserit, spondens rerum nostrarum possessionem, quàm qua expectari unquam poterat ex miserà illà armorum, enormi ut plurimum suà justitià legum rectitudinem aspernantium fiducia: Sive nostra differentium conditio, qui nunquam partem ullius bellici aut militaris muneris attigimus, optatissimà & probatissimà Studiorum malacià potius, quam bellorum inordinatis motibus delectati: Sive rarior hujus articuli in bibliothecis nostris copia, quae planè nullum nobis depromere volebat scriptorem, qui intentandae ejus justitià, saltem quae aliquam illius partem, praevisset. Exsuperabant n. merito urgentiores, quas sanior pensatio animis in contrarium subjiciebat, rationes, & illic quidem partim quod nec in pace immatura planè sint belli consilia, siquidem non

A

rare

raro pacis nomine involutum bellum imponere valet, partim quod quos bellorum luxuria inordinatos fecit gressus, sanctiori iurium moderamine tempore pacis in rectiorem omninò teducenda veniant tramitem: Istic, quòd qua vulgo non plane invidetur licentia liberius de armorum usu differendi, dum, jam edicente Livio, in circulis omnibus, atque etiam in conviviiis sint, qui exercitum ducant, ubi castra locanda sint, sciant, quæ loca Præsidiiis occupanda, quando cum hostibus manus conferendæ, quando quiescendum sit, ea in nostro conatu reprehensione digna judicari nequeat, qui illam factorum licentiam ad adstrictiorem justitiæ normam revocare intendimus, quod est omninò eorum officium, quibus jura tractandi & applicandi ratio contigit: Hic, quod si alicubi forte an offenderimus, ubi accuratior quadam trutinâ meliora sistere poterat, nobis sine ductore pergentibus spes super sit hoc facilius veniam impetrandi, quam eò impensius exoramus, quo magis festinato quodam motu, tum itineris admodum accelerati necessitas, tum alia nimium accumulata negotiorum moles aliquantisper adhuc immaturum hunc fructum protruseris.

TRACTATIO.

T. I.



T facilius & primo statim obrutu in oculos & sensus incurrat, quid sit id, de quo hæc Disputatio agat, necessarium omninò duximus, præmittere nonnulla, quæ interpretationi Vocabulorum explicatori inserviunt, quippe quorum ministerio ad explicandam voluntatem nostram omnes utimur. Potior inde rerum quidem, verborum tamen prior suscipienda venit tractatio, rectè judicante Celso, in *L. 7. §. 2. ff. de suppellect. leg.* quorum superstitiosa indagatio meritò quiescat veriori intellectu ex ipsa verborum figurâ per se patente vel aliundè jam reperto *L. 3. C. de lib. præs. & exhered.*

II. Curs-

II.

Cumque inscripta sit hæc Dissertatio de Pabulatoriis Militum Excursionibus, rationem hujus inscriptionis in singularum vocum dilucidiori evolutione, quantum pro scopo nostro sufficiet, perscrutabimur. Dicuntur *Excursiones* à præpositione *Ex*, quæ quidem variæ admodum est significationis etiam in LL. nostris, quod pluribus congescit *Strauch. in Lex. partic. jur. n. 15. voce Ex.* Hic autem infert motum quendam ex loco, in quo aliquis hactenus perstiterat, & verbo *currere* quod propriè est cito pede ire, progressum suum præcipitare & festinatione quâdam pergere ad locum, ad quem noviter tendimus, cui opponitur tardius incedere & lento quodam gressu iter facere. Latius a. hic accipitur, ita ut non tantum eas ictiones & progressiones, quæ velociori & citatori cursu, sed & eas quæ tardiori quodam motu & progressu fiunt, sub se comprehendat, & breviter dicendo, idem sit, quod ire extra terminos & stationes suas, foras procurrere, progredi, & egredi. Unde etiam istiusmodi excursiones militares, vulgo *das ausgehen/ auslaufen/ ausstreifen der Parteyen/* alibi apud Classicos Autores nomine militarium aut castrorum egressionum insigniuntur: *Excursus* etiam alias dicitur. *Grotio de J. B. & P. L. 3 c. 6. n. 12. ibi: Quæ procul ab exercitu in liberis & injussis excursibus capiunt.* Rectè autem & pabulatoriæ istæ egressiones *excursus*, aut *excursiones* vocitantur, vel ex eo quod pabulatores, quamvis non in composito quodam agmine discurrere & divagari hinc inde debeant, ne facile opprimantur dispersi, qui conjuncti & dispositi impetitiones hostiles vel evitare vel aspernari potuissent, semper tamen parati esse optimo jubeantur consilio ad exeundum & redeundum, velociori quidem cursu, prout necessitas exigit, ut possint ad locum pabulationibus destinatum cito pede cundo & procurrendo hostem prævenire & pabula præoccupare, iterumque ubi vel ipsi pabulantium cohorti, vel aliis copiis, vel toti exercitui periculum quoddam imminet, vel alioqui necessitas, utilitas, aut rerum agendarum occasio suadet, ad signa & castra sua advolare & subito se recipere.

III.

Militum autem has excursiones dicimus, quia his ipsis occupati sunt, qui militiæ & castris se addixerunt, proindeque vel milites, hic intelligimus non tantum qui ab eo cujus est belligerandi potestas, in bellum lecti, in numerum relati & sacramento militari obstricti sunt, qui propriè sunt milites *L. 42. ff. de testam. milit.* nobisque dicuntur, die

Soldaten/de quo vocabulo vid. Speidel. in *speculo Jur. pol. hist. obs. voc.*
Soldat/ sed etiam illos qui quidem ad bellum mercede non conducti aut
 lecti nec in numerum relati sunt, nec ad signa iuraverunt, die *jun*
Sahnlein nicht geschworen / voluntaria tamen militia suisque sumptibus
 castra sequuntur, qui dum munia quoque militaria cum aliis sponte sua
 obeunt, hodie *Volontaires* inde dicti, recte etiam militare perhibentur,
 venientes quoque exinde sub nomine militum, quamvis alias militibus
 strictè sic dictis opponantur. vid. Petr. Gregor. Tholosan. in *Synt. Jur.*
univ. l. 19. c. 3. n. 23. & seq. & in genere omnes illos, qui in usum militarem
 castris interfant, sive sint gregarii, sive officiales, imperantes aut paren-
 tes, P. Greg. Tholos. d. l. num. 18. etiam in militantium famulatio degen-
 tes & pabulationibus sive pabula subsecando & congerendo, sive actu pa-
 bulantibus quavis ratione opitulando, imperando, transgressores coër-
 cendo, in continenti puniendo, aut in eorum omnium securitatem ex-
 cubias agendo eosque, tutando, actu adesse iussi sunt: vid. Reuter. *Be-*
stall. Maxim. II. de Ao. 1670. §. 39. & novissimè, die *Disciplin. Punceren*
welche von dem Hn. General Lieuten. Marggrafen in Baden/ Hoch-
Fürstl. Durchleucht verfasst/ und bey der Miliz am Rhein publici-
ret worden. ap. Sebast. Gruben in seiner heutigen *Kriegs Disciplin. p. 2.*
p. 50. ibi: dergleichen sammeln sich alle Fouragier von den General Stab/
Comissariat, proviant, Volontairen/ und andern außer denen Regiment-
ter stehenden Soldaten in Kriegesdienst/ welche nach der Artillerie im
fouragieren sich gleichfalls reguliren sollen.

IV.

Pabulatoria appellantur à pabulo, quod est equorum, mulo-
 rum aliorumque pecorum cibis herbaceus, foeniceus, paleacius vel stra-
 mentitius, *Calepin. in Lexic. voce pabulum*, quamvis aliquando foenum
 palea & pabulum ad invicem contradistinguantur veluti in l. 93. §. 4 ff.
de leg. 3 & ita quoque in iure nostro communi pabula pecorum dicun-
 tur in l. 12. §. 8. ff. *de instr. & instrument. leg. l. 9. C. de iure fisc.* quæ ju-
 mentorum cibaria in l. 3. §. 7. ff. *de pen. leg. in l. 31. §. f. ff. de don. inter*
vir & uxor definiuntur, & solent sibi invicem opponi annonæ & pabu-
 la, ita ut istæ sint furantus, qui in sustentationem familiæ dominicæ, hæc
 verò quæ pro alendis pecoribus subministrantur in l. 2. C. *de Curs. publ.*
& Angar. d. l. 9. C. de iure fisc. & ibidem Gotofredus & Brunnem. qua-
 lia animalium pabula etiam capita & capitationes Icti nostri vocitare
 consueverunt, t. t. C. *de annon. & Capit. & ibidem Perez. n. 2. ut & Brun-*
nem.

nem. & Gothofr. ad d. l. 9. Cod. de jure fise. lit. C. ex Marcellino, Cassiodor. & alius Cujac. ad d. l. 9. Gallice. *fouirage*, Germanice, Fütterung. vid. Reuter. Bestallung. Imp. Maximil. II. d. Ao. 1570. §. 90. ibi: Da sie aber gegen dem Feind zu Felde liegen / alsdann mögen sie zimliche Füttesung holen und gebrauchen. § in §. 93. ibi: Daß sie sich von dem Proviant und Fütterung / der Tax / Maß und Ordnung gemäß halten. Quamvis etiam hoc nomen der Fütterung / pro ipsis excursionibus, actibus pabulatoriis & pabulationibus, accipi solet. in mod. cit. Reuter. Bestallung. §. 19. ibi: Es sollen auch solche Rottmeister auf jüge und Fütterung / sonderes auffsehen haben / etc. §. 39. ibi: Und sich im Felde oder Besatzungen / auff Wachten Fütterungen und Vergleutungen gebrauchen lassen. Nostratibus simplicius vocatur Futter / & in inferiori germanice tractu, & in Belgio Foderf. Voeder. Unde pisco quodam idiomate dictum esse Fodrum, quod vocabulum à Longobardis deducit Glossa, ad c. 23. X. de jure Patror. lit. V. passim in cauponis Germanice pro pabulo equorum usurpatum, attestantur Hotom. de verbis feud. voce Fodrum. Sixtinus, de Regalibus. L. 2. c. 14. num. 3. Mager. à Schönberg / de Advocat. arm. c. 10. n. 232. Klock. de Contrib. c. 1. n. 186. Herm. Hermes, in fasc. juris publ. c. 27. num. 24. Speidel. in Spec. Jur. Polit. phil. histor. voce Futter. Quamvis etiam latiore sui sensum admittat, ita ut non tantum pabulum equorum aliorumque animalium, sed & frumentum, hordeum aliasque res victui necessarias denotar, & germanice effertur solet. Futter und Mahl. Hotom. Mager. Speidel. dd. H. Dan. Otto, de jure publ. c. 11. §. 15. Bocer. de Regal. c. 3. n. 212. qua ratione non modo esculenta, sed & poculenta sub se comprehendit, uti patet ex traditis à Joh. Köppen. in Decis. qu. 57. n. 4. Mager. d. l. n. 231. quæ debentur iis, qui sibi quæsitum habent Jus Fodri: Quo nomine duplex jus maxime indigitari deprehendimus: Aliud quod etiam vocatur Jus Albergaria, de qua voce vid. omnino Mager. d. l. n. 222. & seqq. plur. Vitr. in Inst. juris publ. L. 3. tit. 19. n. 44. item jus epulationis seu commestationis, Cothm. vol. 3. Resp. 38. n. 173. seq. Germanice, das Ablager / An und Aufsspan / Gastung / Nachfeld. Klock. de contrib. c. 1. n. 190. Mager. d. l. n. 222. seq. Anungs Gerechtigkeit. Frid. Bind. in tract. de jure Albergaria. ap. Ahasv. Fritsch. in exercit. variar. jur. publ. part. 3. Exercit. 3. Vitr. d. l. & l. 4. t. 6. §. 10. lit. C. Anungs Recht / Futter und Mahlrecht. Georg Christoff Walther, in Ennom. Meta-

Metator. c. 15. §. 125. quod est jus certis personis competens vi cuius certis in locis cum omni comitatu suo divertendi & hospitandi licentiam habent, ita ut illorum locorum inhabitatores s. incolæ eos hospitio excipere, esculenta & poculenta omniaque ad sustentationem necessaria gratis præstare, teneantur: Hoc tamen patitur limitationem in casu, ubi jus Fodri seu Albergariæ certis limitibus circumscriptum est, & ad certas personas, certum tempus, certam quantitatem & modum, restrictum, wann es ein gemehoner An ist auff gewisse Zeit des Jahrs / auff wie viel Personen / wie viel und wie lange solches gereicht werden soll. Tum enim cui illud jus competit non aliter eo uti potest, quam ad modum statutum & determinatum, adeò ut si alio anni tempore aut majori cum comitatu adveniat, aut diutius quam par est permaneat, ipsa Justitiæ & æquitatis ratione ei incumbat, propriis sumtibus ibidem vivere, Bind. d. tract. conclus. 20. Vit. d. l. 3. t. 19. n. 133. Istiusmodi certo modo limitatum fodrum & Albergariam debere dicitur Episcopus Herbipolensis Marchionatus Brandenburgici s. Burggraviatus Noribergensis Præfesto seu Officiali Præfecturæ Creglingensis, ratione 6, pagorum ad Mœnum sitorum vulgo Mayndörffer / quos recenset Wehner in Observ. pract. voc. Schauern / ubi ita: in his pagis decimæ debentur, dem Thumprobsten zu Würzburg. & e contra gibt der Thumprobst dem Marggraffen jährlich 12. Malter Schirnhabern / und 30. Pfund Unspennig zu Schirmgeld. So oft auch die Hoehgerichte in verührten Flecken vom Amtmann zu Creglingen besuchet und gehalten werden / quod quolibet anno ter fieri solet. Als im Herbst Februar. und Mayen / so mag der Amtmann mit so viel Personen / und Pferd als ihn beliebet / deren Zahl man nicht wissen mag / darzu auch mit schönen Frauen und Spielleuten / etc. Des Abends ankommen / und des folgenden Tages nach gehaltenen Hoffgericht umb die Zeit und Stunde er vorigen Tages angelanget / und also nach 24. Stunden / wieder abziehen. Was damahls verzehret muß der Thumprobst zu Würzburg außrichten. Quod hodieque servatur, sed usu jure honestiori, uti loquitur Wehner. d. l. five, non sine immodico, ut dicitur, excessu, notante Mager. c. 10. n. 177. Walther. c. 15. §. 125. Alio modo & quidem ratione numeri personarum divertentium, & canum quoque insimul adducendorum limitatæ Albergariæ exemplum, ubi tamen convivam aliquando invitare, & secundusere permissum est, ex veteri quodam monumento & codice

sen

cenfuali recenset Binder. in d. conclus. 20. in fin. ubi ita: Sic Abbas Al-
birs pacensis in monasterio jus habet; sic sonat extract: auß einem al-
ten Lägerbuch. de Ao. 1488. Es hat ein Abt zu Albirspach recht / eine
Herberge zu dem obbeschrieben der Mauerhöffe zu haben / selbs Drise
mit 2. Winden / und einen Vogelhund / und war / (ita legitur:)
daß Ihm ein Widermann begegnet auff dem Felde / den mag Er wol
mit Ihm dahin laden; Aber Er soll Ihm nicht in den Baum greiffen /
daß Er ihn mit Ihm ziehen wolle.

Gaudent jure Fodri & Albergariae variae personae ex variis causis,
Sic Magnatibus & Patronis in Monasteriis, quorum sunt advocati, Casten-
Vögte & Protectores, Schus und Schirm. Herren / propter Advoca-
tiam & protectionem, daß sie daß Besäg daselbst einführen / auch sie
und die ihrige im durchziehen aufspannen können. Besold. thes. pract.
voc. aufspannen. Klock. de Contribut. c. 1. n. 190. Speidel. in specul. d. l.
ibi: Futter und Mahl oder Nahrung in einer Abtey und Commenthur-
ren / hinc inde in literis Advocatarum antiquis, in denen Schus- und
schirmen Brieffen / concessum legimus, quorum aliquot exempla exhi-
bet Mager. d. c. 10. n. 263. seqq. & quamvis Advocati & Patroni Eccle-
siarum fodrum & Albergarias ab iis exigere sub poena excommunicatio-
nis & nullitatis conventionum talium expresse prohibeantur in c. 23.
X. de jure patron. jung. c. generali de Election. in c. & propterea etiam il-
lis Advocatis, denen Casten-Vögten / quā talibus, illud jus denegant.
Bind. de tract. conclus. 10. Vitriar. L. 3. t. 19. n. 105. & maxime hodierni tem-
poris protectoribus Mager. d. c. 10. n. 211. seqq. rationes hanc in rem ad-
ducent, & contraria discutiens & inter alia hoc maximè urgens, quod
hospitationes antiquitus Advocatis præberi solitæ fuerint potius ex fa-
miliaritate aut ex gratiâ, quam ex debito, ut propterea exinde inferri ne-
queat, clientes eo jure obstringi, ut ut multis annis hospitio Advocatos
excepissent, nullâ hinc pedem figente præscriptione. l. Qui jure familiari-
tatis. 41. ff. de acquir. possess. & ibid. DD. Klock. volum 1. cons. 21. n. 95. post
Schurff. Mynsing. Mager. in d. l. n. 303. seqq. Bind. dist. concl. 10. in fine.
Alios tamen etiam in clientelis monasteriorum contrarium statumina-
re tradit Tabor. de metat. c. 3. n. 9. quibus tutò accedere licet in casu, ubi
tale jus formatum mediante quadam promissione & conventionione anti-
quitus, Advocatis & Patronis illis specialiter constitutum deprehendi-
tur Besold. d. l. ibi: Siquè, ex pacto convento fit, meritò observatur, sin
minus, perperam de novo introducitur. Vitriar. d. l. n. 106. Klock. d. l. n. 190.
quod, tempore foundationis cum consensu Episcopi omninò fieri potest
d. e.

d. c. 23. X. de jur. patron. ibi: *Præter antiquos & moderatos redditus a locorum Episcopis institutos.* Panorm. *ibid.* n. 3. & 4. Engel. in *colleg. univers. jur. Canon.* L. 3. §. 38. n. 5. & quando quod ita antiquitus introductum & longâ consuetudine obtentum fuit, non iterum est amissum eo, quo finire & iterum amitti modo potest. vid. Binder. *d. tract. concl.* 25. *seqq.* Vittr. *d. l. num.* 114. *seqq.* Indultum quoque tale jus fodri, quod Canonistæ procuracionem dicunt, *Episcopis & vicem eorum gerentibus*, ob visitacionem Ecclesiarum, invenitur in c. 1. §. *deinde & §. Procuraciones. de Censibus in 6. e. si Episcopus 6. de offic. ordin.* in 6. Mager. *d. l. num.* 263. Bind. *d. l. concl.* 15. adde Tabor. *d. l. n.* 10, Matth. Steph. *de jurisd. Lib.* 3 p. 1. c. 14. Quod hodiè ad singulos Clericos iter facientes per diœcesin Episcopi sui extendit ex Corvino Vittr. *d. l. n.* 108. *lit. A.* Competit etiam multis in locis germaniæ hoc jus fodri *Domino*, ita ut ei & familiæ eius adventanti *Vasallus minor* seu subalternus, vulgò *der Lehnschulz / der Afferlebensmann / hospitium*, esculenta & poculenta præbere teneatur. Köpp. in *decis. quest.* 12. *num.* 4. Walther. in *Ennom. metator.* c. 15. §. 127. (confer. Bind. *d. tract. de jure Albergar. concl.* 12. & Vittr. *d. d. n.* 107. ubi pluribus quod Vasallus Domino feudi adveniendi Albergariam de jure regulariter non debeat) vel etiam ita, ut multis in locis de consuetudine *subditi aut Coloni*, si vel ipse Dominus vel præfecti ejus advenerint, ad hospitium illis præstandum obstricti sint, vulgò *die Arung zu geben / ut & Venatoribus ejus, die Ar und Jägerzehrung / & canibus, die Hundsegin / Wehner. in Observ. pract. voc. Arung.* Talis præstatio, *der Jäger / und Hundsegin / item des Vogts. Rechts /* Universitati huic Eberhardinæ quoque incumbit, quam ex iis decimis, quas accipit ex districtu Alcheni & Ringingeni quotannis Serenisi. Nutritio exsolvere necesse habet, nisi in quantum ejus remisso fiat, quod non semel clementissimè factum esse, tum ex æquabilis justitiæ, tum ex Ducalis munificentiæ & clementiæ ratione de prædicanda exempla testantur,

Fruuntur itidem jure fodri, per contractum quendam innominatum sibi quæsito, aliqui pro remisso alio jure, e. g. decimarum, quod iis competit in territorio alterius, qui in remissi illius juris compensationem, iterum Albergariam concessit. Cuiusmodi exemplum in familia Nobilium à Seckendorff, habentium jus fodri, *die Arung / in prædio quodam ad ordinem Teutonicum spectante, in pago Souheim / propè Winderheim /* ubi quotannis nobili cum tota familia, non tantum hominum, sed & animalium, ad eò ut canes quoque & feles includantur apud rusticum

rufficu in divertere licet, ita ut hic eum lautè & opiparè tractare teneatur, propterea quia ejus prædium immune à decimarum præstatione reddiderit, recenset Walther. in *Ennom. metat. c. 15. §. 126. Bind. d. jur. Alberg. concl. 14. lit. b.* ubi simile exemplum in pago *Wenbersheim* adducit. Denique loco quodam eminentiori sibi jus fodri vindicat *Imperator* in universo imperio per loca provincialium, etiam ea, quæ ad SS. Ecclesias pertinent, iter arripiens. *l. 11. C. de SS. Eccl. ea visitans*, aut ad placitandum, quod vocant, sive audiendum querelas subditorum veniens, *Tab. de metat. c. 3. n. 9. ex Alberic. de Rosato & Ant. de Sola Mager. de Advocat. arm. c. 10. n. 227. Bind. d. l. concl. 7. lit. C. Vitr. d. l. num. 100. seq.* qui tamen notant, quod hodiè frequentius Imperatori alia munera offerantur, quò sumtus itinerum ferre queat, quod alicubi aureum vas monentis aureis plenum offerendo fieri moris sit. Non minùs & omnes *Principes Imperii*, & qui superioritate territoriali gaudent, in suo territorio. *Bind. d. concl. 7. lit. b. & c. Vitr. d. l. n. 102. Klock. Conf. 10. n. 265. Casp. Leopold. de concurrent. jurisd. quest. 11. & aliquando in vicini territorio, ubi tale jus per modum servitutis alicujus publicæ vel præscriptione vel alio modo sibi quæsitum habent. Vitr. d. l. n. 111. in genere n. jus fodri & Albergariæ variis modis, & nempe vel vi Imperii, superioritatis & jurisdictionis territorialis, vel antiquâ consuetudine & præscriptione, vel mediante speciali conventionione competit, & quasi possidetur. Mager. d. l. n. 257. Tab. d. l. num. 9. Bind. concl. 5. Vitr. d. l. n. 99.*

Aliud vero est jus fodri quod magis accommodatum est, ad *annonam militarem*, quando nempe accipitur pro extraordinariâ quâdam indictione & collectatione militari, ad Imperatoris expeditionem, quam felicissimam *Numinis Regalis expeditionem* vocat, uti & hætenus illud jus inter regalia refert *Imp. Frid. 2. feud. 56. pertinente & consistente*, tîdem non solum in pabulo equorum, sed & frumento, hordeo, aliisque rebus in Imperatoris exercitu victui necessariis, (perinde ac modò diximus de fodro Imperatori ejusque comitatu, aliisque personis debito, quod ab hoc ut genus à specie differre videtur, quamvis illud quatenus nomine *Albergariæ der Arung* venit, magis ad statuum privilegia referre voluerit noviss. *Coecejus, in jur. publ. prud. c. 23. n. 56.*) quas tamen plerumque æstimari & pecuniam numeratam loco illarum pendi solere notat & firmat *Hotomann. in Comm. d. verb. feud. voc. fodrum. Bocer. de Regal. c. 3. n. 211. seqq. Sixtin. de Regal. l. 2. c. 1. n. 4. seqq. Herm. Herm. in fasc. jur. publ. c. 2. n. 47. Mager. c. 10. n. 233. seq. Speid. in spec.*

d. l. ex Choppino, de doman. Franc. l. 1. s. 13. n. 18. & l. 2. s. 14. n. 250. referunt ejusmodi militarem collationem etiam apud priscos Franciæ Reges in usu & fodrum vocatum fuisse, tandemque ut populus eo onere levaretur temporibus Carol. M. in locum ejus suffectam fuisse pecuniariam indictionem. Cum quo convenit quod tradit Klock. de contribut. c. 1. n. 185. & seq. Walther. Ennom. metat. c. 18. n. 127. add. Otto, differe. de jur. publ. c. 11. n. 15. Cui præstationi non valde ab similibus est, in se tamen differens illa, quæ nomine *Hostenditiarum* & germanicè *Reise Geld/ Heer Steur* / insignitur, & nihil aliud est, quam adjutorium, quod Dominis Romani cum Rege in hostem (i. e. exercitum, secundum eam interpretationem, quam ex antiquis germanorum legibus depromit Struv. in syntagm. jur. feud. c. 11. aphorism. 5. n. 4.) pergentibus faciunt vasalli, qui cum iis non vadunt, uti eas definit feudista. 2. feud. 40. qui est unicus locus ubi earum expressa mentio injicitur, sive sint hostenditiæ mercedes, sive stipendia Domino feudi à Vasallo, qui ipse cum eo in militiam ire non potest, aut non vult, neque alium idoneum aut Domino acceptabilem pro se submittere, præstita, ut iis ipsis à necessitate eundi se redimat & laborem in militiâ obeundum ita compenset. Patet id ex 2. feud. 54. ibi: *Indictâ publicâ expeditione Romani ad suscipiendam imperii coronam, Regem, aut sub Rege Dominum suum non adjuverit, aut eundo cum ipso aut pro quantitate feudi stipendia militiæ exsolvendo & ex text. 2. feud. 55. §. Firmiter. ibi: temerè venire super sederit, vel alium pro se Domino acceptabilem mittere contemserit vel dimidium redditus unius anni Domino non ministraverit.* vid. Rittersh. in partit. jur. feud. l. 2. c. 2. qu. 31. seq. Struv. d. l. n. 4. seqq. Bekold. Thes. pract. voc. Ostendienst. Ritter. de feud. Imp. c. 21. §. 1. & seqq. Strauch. in Diss. de hostenditiis per tot. quam etiam inter exercit. jur. publ. vol. nov. exhibet Ahasv. Fritsch. Exerc. 8. ubi pluribus hoc jus prosequuntur & explicant. Quod ad originem attinet illius vocis, quam prætermittere hic eo minus possumus, quò magis exinde hujus juris evolutior sensus elucet, res quidem non est adeò expedita, ut potius varii varia de ea tradant vid. Knichen. de sublim. & regal. territ. jur. c. 3. n. 384. Rittershus. 2. F. 1. q. 32. Borcholt. de feud. disc. 2. n. 24. seq. Goth. Anton. in Diss. feud. 7. th. 6. lit. C. Probabilior tamen ea videtur, qua deducitur ex antiquo vocabulo germanico *Dst* sive cum aspiratione *Hest* / quod in priscis monumentis exercitum, bellicam expeditionem, & servitia militaria denotat, & vocabulo *Dienst* / quod latine redditur ministerium famulitium & servitium, ut *Hostendienst*

Dienst nihil aliud designet quam militiæ servitium, vel servitium in exer-
 citu, vel pecuniam quâ illud redimitur, eadem compositionis ratione, quæ
 Frohndienst/ Reuterdienst/ Ritterdienst und Herrendienst/ appellan-
 tur. ex Marqv. Freher. Comment. ad Imp. Car. III. disti Crassi Const. de
 expedition. Rom. p. 25. seq. quam tamen supposititiam cum Bœclero no-
 tat Dn. Nic. Christoph. Lyncker. in analect. ad Struv. S. I. F. c. 11. aphor. 5.
 n. 3. Strauch. d. dissert. de hostendit. §. 2. seqq. Wehner. in observ. pract.
 voc. Ostendienst/ Besold. thes. pract. voc. h. Hotom. de verb. Feudal.
 voc. hostenditia. Struv. d. l. Walth. d. c. 15. §. 132. Casp. Bitsch. in Com-
 ment. in Consuetud. feudal. l. 2. c. 40. not. 5. qui insuper, & ex eo non
 improbabiliter, cum & sonus vocis & significatio ipsa respondeat & phra-
 sis etiam illo seculo usurpata illi originationi faveat, denominari censet,
 quod sint in hostem itio, aut potius pecunia & merces loco istius itio-
 nis, protectionis, & expeditionis Domino quæ solvitur. Quæ denomi-
 nationis ratio præ aliis quoque placet Dn. Lynck. d. l. Cui Hostenditia-
 rum juri quam proximè accedit *Heribannum*, quod pro multa ab illis
 qui ad expeditionem bellicam evocati & certo tempore equis armisque
 instructi ad comitatum adesse jussi non comparuere, pendit solita; nec non
 pro contributione exhausto per bella continua fisco Regio ad belli neces-
 sariam prosecutionem subditis pro modo prædiorum impositâ & indictâ;
 in antiquis monumentis accipitur & usurpatur Hotom. de verb. feud.
 voc. *Heribannus* & *Bannus*. Goth. Anthon. Disp. feud. 7. th. 6. lit. E.
 Wehner. voc. *Bann*. Lehm. in chron. Spirens. L. 2. c. 43. p. m. 180
 seqq. Mager. de Advoc. arm. c. 3 n. 256. seqq. ubi latius hæc de re. Si-
 mile quoque certo modo est *Scutagium* s. *Escuagium*, quod dicunt, quod
 est servitium scuti ferendi in bello Domini juvandi causâ. Sub scuto
 autem omnia reliqua arma militaria comprehendebantur, ubi ex Mat. h.
 Crag. rr. feud. L. 1. Dieg. II. observat Strauch. in dissert. de hostendis.
 §. 8. Et si scutifer in eâ expeditione absuit quia tum loco illius servitii ad
 quandam pensionem Domino exsolvendam adstringebatur, Strauch.
 d. l. hinc non tantum pro ipso eo servitio, sed & pro illâ pensione in pri-
 scis monumentis sæpè sumi, ex aliis, qui in explicandis illius ævi vocabulis
 desudarunt, in specie C. du Fresne, in h. voc. annotat. Iter. de feudis Imp.
 c. 21. n. 1. Ex his aliquantisper quidem extra orbitam, sed tamen pro-
 pter affinitatem materiæ ad innuendam & tollendam, quæ hic subest
 æquivocationem non sine ratione plenius non nihil discussis & enuclea-
 tis dilucidè patet, quod per vocabula, *Futter*/ *foder* & *foari* hic non in-

telligatur *fodrum*, quatenus pro jure sive Albergariæ s. collationis & in-
 dictionis cujusdam extraordinariæ accipitur, sed quatenus denotat escam
 animalium fœnum, gramen, herbam & similem materiam, quam sub ge-
 neraliori nomine pabuli venire supra statuimus. *A sine* enim hæ egressio-
 nes militares dicuntur pabulatoriæ, quia fiunt petendi, & ex agris sive
 pascuis & locis designatis ad castra pro usu & sustentatione jumen-
 torum comportandi pabuli ergo. Pabulari enim & pabularum ire mi-
 lites dicuntur, quando foràs ex castris in campos egrediuntur instructi
 maximè falcibus pro subsecando, congerendo, & inde convehendo ad
 exercitum pabulo. Id quod Galli suo idiomate reddunt *fourager, aller*
au fourage. Unde germani illorum ut plurimum infausto quodam
 nomine sæpius ad nauseam usque seduli imitatores in suam quasi transtu-
 lerunt civitatem id efferentes per verba *fouragiren* imò *futteragiren*.
 Vid. Georg. Andr. Bœcler, in *schol. milit. mod. class. 28. p. 605. seqq.*
 Decentius genuino germanicè loquendi more, *Futterung einholen /*
auff die Futterung aufgehen / ausbreiten / auffahren / hinauffziehen
Futterung einzuholen. Qualem pabulandi morem ab omni usque
 tempore belligerantium copiis frequentiori in usu fuisse rerum gestarum
 scriptores hinc inde traditum reliquerunt. Sic Jul. Cæsar, *de bello civ.*
L. 1. num. 55. commemorat, quomodo inopinantes pabulatores & si-
 ne ullo timore dissipatos cum equitibus suis ipse Cæsar aggressus
 sit, & quam maximum numerum jumentorum atque hominum in-
 tereperit, & *ibid. num. 81.* iterum subinnuit, quomodo pabularum
 emittatur. Refert etiam, Valer. Maxim. *Hist. l. 5. c. 6.* quod Codrus
 Rex Atheniensium ad oraculum Apollinis Delphici tam grave, bel-
 lum discuti posse, si ipse hostili manu occidisset respondentis, de-
 positis insignibus imperii familiarem cultum induerit ac *pabulantium*
hostium globo se objecerit, unumq; ex his *falce* percussum in cædem suam
 compulerit, ejusque interitu, ne Athenæ occiderent, effectum sit. Tra-
 dit quoque Q. Curt. Ruf. *L. 7. c. 6. in princ.* quomodo *Macedones ad pe-*
tendum pabulum incomposito agmine egressi à barbaris, qui de proximis
 montibus decurrerunt oppressi pluresque capti sint, quam occisi: Et si
 quis historicorum scripta laboriosius perscrutari vellet, innumera ejus
 vestigia legeret. Et quemadmodum illud pabulationum genus usita-
 tissimum fuit, ita nec infrequentes *militum frumentationes* fuisse depre-
 hendimus, ubi illi per *agros frumentatum* ducebantur, & ad frumentum
 in castra congerendum emittebantur teste Liv. *decad. 1. L. 7. p. m. 190.*
lit. B. Jul. Cæs. de bell. gall. L. 7, n. 64. Unde & *frumentatores* dicun-
 tur

tur qui passi sunt *frumentarum* ire, Gallis *aller au fourage de blé*. Germanis *aufziehen Korn zu sammeln / einzuholen / & dicitur in L. 12. §. fin. de remilit.* quod Tribunorum officium sit, frumentationibus commilitonum interesse, vid. Petr. Greg. *Tholos. in syntag. jur. univ. l. 19. c. 6. in fin.* Sicuti ab actu pabulandi dicuntur milites *pabulatorer, fouragers* oder *die fouragierer.*

V.

Sic satis de iis quæ pertinent ad inscriptionis & vocum in ea obvientium evolutionem, ad rerum quoque certiore intellectum viam quam maximè pendentem. Rectè inde tendimus ad definitionem realem. Definiri possunt, pabulatoriæ militum Excursiones, quod sint Excursiones ad pabulum pro alendis equis aliisve animalibus militaribus obtinendum à militibus jure & licentiâ militari fieri solitæ, sive plenius sunt actus castrenses & militares, quibus ex pascuis, aliisque locis, sive publicis, sive privatis, pabula pro equis aliisque animalibus in usum militiæ pro salute Reipublicæ, indeque dependente singulorum securitate, sustentandis necessaria, invitis etiam & irrequisitis Dominis & possessoribus prædiorum, rescantur, conquiruntur, & in castra aliasque stationes militares comportantur, aut saltem ita conquirenda & adferenda appetuntur.

VI.

Dividi possunt pabulatoriæ militum excursiones variis modis, imprimis verò 1. à *Causa Efficiente* in publicas sive imperatas, quæ ad nutum & voluntatem ejus, cujus ductu aut auspicio bellum geritur ejusque summi legati aut alterius alienius Ducis & Præfecti licite fiunt. Quo faciunt quæ habentur in Imp. Maxim. II. *Articuls. Brieff auff die Teutsche Knechte. art. 21. ibi: Es soll keiner auß dem Lager ziehen / auff Weite oder anderwohin ohne wissen und willen seines Hauptmannes / cum quibus conveniunt præscripta in dem Dänischen Articuls. Brieff. art. 57. ibi: In der Feinde Land aber so nicht unter Contribution seyn mögen sie die Nothdurfft / wann es ihnen vergönnet worden / holen / & art. 104. Wann jemand auff Parthey zu ziehen / oder sonsten Urlaub erhalten / welches ohne rechtigen Paß. Zeit*

tul/ und contra legno, so bey der Ruckkunft wieder von sich zu lieffern
 nicht geschehen soll/ & art. seq. 105. ferè circa fin. Die Fourage belangend
 soll es damit nach der Verordnung/so darüber gemacher wird/ gehal-
 ten werden/und mag niemant an andere Ort oder Zeit ohne Befehl
 sich deswegen hinaus verfügen. & in privatas sive injustas, quæ
 ausu militum proprio, & furtivâ quâdam secessione suscipiuntur militari-
 bus legibus severè omninò prohibita. Prostat hanc in rem Dispositio
 Imp. Maxim, II. & Statuum Imperii, in der Reuter. Bestall. de Anno
 1570. art. 60. ubi ita: Es soll keiner auß dem Lager oder von dem Fahr-
 nen mit einem oder mehr Pferden ohne unser Erlaubnuß unser
 Obrist. Lieutenants / oder dessen nachgesetzten Obristen und Befehls-
 Leuten verreiten / oder auf die Fütterung über Nacht außbleiben.
 Wer es übertritt soll nach des Feldmarschals, auch Obristen/ und jenz-
 gemeldten Reuter Rechts Erkännuß gestrafft werden. Concordat
 jus milit. Holland. art. 22. ibi: Wer auß dem Lager oder einer belager-
 ten Stadt oder Haus ohne sonderbahren consens seines Hauptmanns
 oder Obrigkeit laufft/ es sey der Fütterung oder einer andern Ursache
 halben der soll gehendet werden. addat novissimè, die Fouragier. Ord-
 nung des Herrn General. Lieutenant Marggraff Ludwig zu Waaden
 Hoch. Fürstl. Durchl. vorgeschrieben und publiciret dero am Rhein
 unterhabenden Kayserliche und Allirten Armee. per tot. imprimis. §. 16.
 seq. quæ ordinatio invenitur apud Joh. Sebastian Gruben, in seiner heu-
 rigen Krieges. Disciplin. edit. August. Vindol. Ao. 1697. part. 2. cap. 16.
 17. seq. Plures hanc in rem facientes militares ordinationes & prohibi-
 tiones invenire licet in Corpore Juris militaris recognito & adauso cum
 annotationibus & concordantiis. Petri Pappi von Traßberg/ Jcti, &
 Eberhard Höyers Brandenburg. General. Auditeurs.

VII.

II. A Causa Impulsivâ & justificâ in Excursionibus solummodo ex
 belli jure justas & licitas, quæ suscipiuntur in terras hostiles, & adver-
 sus hostes, quorû uti res aliæ omnes ex statu dissolutæ societatis in res-
 tu ad hostem dominio quasi vacuæ & pro rebus nullius habentur, ita ut
 hosti occupanti cedant, perinde ut aliæ res Dominum nullum habentes,
 primo occupanti acquiruntur. l. 1. §. 1. ff. de amit. vel acquirend. possess.
 Magnif. Dn. Præses, in Dissert. de recuperatione bellica, th. 2. & 19. ita &
 pabula in pascuis aliisque prædiis illorum, quæ inveniuntur, eadem ju-
 ratiâ

Atiã à nostratibus pabulatoribus liberius reſecta in caſtra aut ſtationes noſtras inferuntur. Additionator ad Jus milit. Brandenburg. art. 63. Et eas, quæ etiam inter eos cum quibus nulla nobis eſt contentio & maximè inter noſtræ Republicæ concives juſtæ redduntur ex ſtatu & ratione utilitatis & neceſſitatis publicæ, quæ efficit, ut poſſeſſores prædiorum iſtos pabulantium actus, qui vel ex lege quãdam Super-Eminentis Domini vel ex meræ & inevitabilis neceſſitatis fato imperantur damnare penitus, & veluti deprædationes injuſtitie redarguere nequeant Magnif. Dn. Præſes, Præceptor ac Promotor Studiorum meorum omni honoris atque amoris cultu ætatem de venerandus, dict. *Differt. thes. 14. p. 22. in fin.*

VIII.

III. A modo agendi & procedendi in Ordinatas, quæ ſecundum legum, Ordinationum, & juſſionum militarium præſcripta juſto quodam ordine debitæque præcautione inſtituntur. Vid. de Diſciplin. Puncten deß Herrn General. Lieuten. Marggraff Ludwig in Baaden Hochfürſt. Durchl. bey der Militz am Rhein. § 20. & §. 86. per tot. ap. Joh. Sebastian. Gruben, in ſeiner heutigen Krieges Diſciplin. p. 2. p. 50. ſeqq. ubi in fine ſubjicit, quæ in genere oſtendunt ordinem & modum pabulandi dependere ex arbitrio illius, qui eſt cum imperio his verbis: Wie nun der modus zu fouragiren einig und allein von deß Herrn General. Lieuten. Commando und gut befinden dependiret / und man alſo nichts gewiſſes hierinn determiniren kan; maſſen zeit / Gelegenheit und Ort alles außmachen muß / re. non minus & ejusdem Sereniſſ. Marchion. ordinatio militaris pabulatoria, die Fouragier. Ordnung. per tot. ubi ſollicite præſcribuntur & inculcantur, quæ pertinent ad decentem ordinem obſervandum. & providè inſimul inſtituendas pabulationes, quam itidem exhibet Gruben. d. l. p. 2. c. 17. ſeqq. hanc in rem imprimis laudans ordinationem Regis Britannia, das Reglement für die Fouragierer Ihro Königl. Majest. von Groß. Britannien / de quibus infra ubi de forma tractabitur pluribus. §. 19. ſeq. Et tumultuarias aut inordinatas, quæ ſunt incompoſito quodam hinc inde diſcurſantium, & poſthabitis militibus præſcriptis & juſſionibus in morem potius deprædatorum quam militum pabulantium agmine; quæ quo ſunt periculoſiores & ipſis pabulatoribus & aliquando toti exercitui, hoc rectius legibus militaribus damnatæ ſunt, & ſub pœnæ quoque interminatione reprobatæ. modo laud. ordin. pabul. Fouragierer. Ordnung. §. 4. 5. 6. & 10. ſeq.

IX.

IX.

IV, *Ab Objecto & Effectu* in liberiores, quibus omnis generis pabula, gramen, fœnum, stramen & quicquid in escam animalium, imo etiam in usum & commoditatem ipsorum militum cedere potest, petuntur. vid. Bœcler, *Schol. milit. mod. class. 18. §. 3. ibi*: Die Gelegenheit der Fütterung soll ingleichen wohl in acht genommen werden/ denn derselben einen grossen Hauffen und Vorrath/ so wohl für die Pferde/ als auch für die Soldaten zu Bedeckung ihrer Hütten und andere Sachen/ man notwendig haben muß/ quibusque talia nulla determinata quantitate, nulloque definito locorum districtu conquiruntur & asportantur: Id quod fieri solet ita exigente vel necessitate, vel locorum occasione, vel maxime quando pabulatum emittitur in terras hostiles, aut hostilibus obfessionibus & incursionibus obnoxias, quo ipsis pabula præripiantur, quo pertinet, quæ caventur in dem Danischen Articul. Brieff. art. 57. ibi: In der Feinde Land sy nicht unter Contribution, mögen sie die Nothdurfft/ wann es ihnen vergönnet worden holen. Item in der Neuter-Bestalt. Imp. Maxim. II. §. 90. in fin. da sie gegen dem Feind zu Felde ligen/ alsdann mögen sie sämtliche Fütterung holen und gebrauchen. jung. quæ notat Bœckl. in *Schol. milit. mod. class. 27. p. 533. ubi ita*: Es ist auch gut und sehr nusslich/ daß man am ersten an denen Orten / die am weitesten entlegen/ auff die Fütterung ziehe und daselbst Futter abhole da man meyner wo der Feind hin zu logiren kommen möchte. Zum Theil auch darumb/ damit man Dertter die nahe oder der *Armee* und dem Lager wol gelegen vorbehalte / insonderheit wann man eine zeitlang daselbst ligen muß. Theils auch daß man den Feinden das Futter hinwegnimmet/ und er dessen keinen Vortheil haben könne. Et restrictas sive limitatas, vel ad certam pabuli speciem veluti gramen tantum, stramen tantum. vid. sup. *Fouragier. Ordnung. art. 4.* und anders nichts als Gras oder was sonst erlaubt wird; vel ad certum aliquem & definitum locum aut districtum, cujus determinationis vel objecti, vel loci, terminos excedere non licet: per ea, quæ ordinata deprehenduntur / in denen obangezogenen des Herrn General Lieuten. Hoch-Fürstl. Durchl. *Disciplin. Puncten. §. 80. ibi*: und allein an dem Ort/ wo sie von den Officirer hingeföhret werden/ und nirgends anderswo *fouragiren* & *ibi. §. 80. his verbis*: Damit Abends bey der *Parole* deßfalls könne *Ordre* gestellet werden / wie viel / und wohin

wohin man *fouragiren* reiten / *zc. item* *Jhro Königl. Majest. von Groß-Britannien Reglement für die Cavallerie. §. 7. ibi: Welcher Officier den* *sorge* tragen soll / *daß an den ordinirten Plätzen/und nicht weiter fouragiret werde.*

X.

V. *Ab Adjuncto necessitatis vel communiter, vel extra ordinem singulariter prementis in Ordinarias, & communiter fieri solitas, quibus pabula petuntur ex pascuis aliisque locis campestribus, pabulatorum cohorti regulariter patentibus: & Extraordinarias aut Exorbitantes quibus pabula extra ordinem etiam ex villis, pagis, hortis, horreis, domibus petuntur: quales quidem regulariter optimo jure prohibita leguntur, in saepe laud. Fouragier-Ordnung. §. 4. in verbis: Noch in die Häuser/ Scheuren/ Wein oder Obgärten einbrechen/ oder sonst auff einigerley weise/ wie es Mahmen haben mag/ dem Landmanns Schaden zufügen. jung. Recess. inter S. Caesar. Majestatem & Status Circuli Suevici Augusta-Vindelicor. Ao. 1689. erectus, ubi in §. 13. ita: Und das verderbliche Fouragiren in denen Früchten/und gar in denen Dörffern bey Leib. und Lebens-Straff unterlassen mögen. In casu tamen adventitiae cujusdam, invicta & indeclinabili sua vi tale quid efflagitantis necessitatis, & ubi salutis alia, quam in his ipsis, spes non est, pro illicitis omnino haberi non possunt. In tali enim necessitate justa est juris relaxatio, & haec tenus verum est quod dicitur, necessitatem ex illicito licitum facere, legem frangere ipsamque sibi legem esse, quam in rem plura non ineleganter concessit illustr. Mevius. in Nacl. Jur. Nat. & Gent. inspect. 7. §. 17. eademq; juris & justitiae lege in tali casu, modo de caetero eo, quo par est, ordine, eaque circumspeditione & moderatione instituantur & attemperentur, defendi omnino merentur, qua probantur & justificantur caeterae & ordinariae illae pabulatoriae militum excursions, quod sequens tractatio plenius nunc explanabit.*

XI.

Causa Efficiens Remota harum excursionsum est generatim illa juris dispositio, quae eas justas & licitas reddit: ubi primo loco disquiri meretur: *Anne Pabulatoriae militum excursionses ex praeceptis J. N. & G. reduci & haec tenus quoque justae & licitae reputari queant?* Nos ante omnia distinguendum esse censemus inter eas, quae in sola hostili & adversus hostes jure belli; & inter eas, quae adversus non hostes, ex alio plane

C

capite

capite fiunt: & quod ad *illas* attinet, indubium existimamus, quod eadem ratione Juri N. convenient, quâ ipsum bellum justum, vid. Grot. d. J. B. & P. l. 3. c. 2. §. 1. seqq. & *ibid.* in colleg. illustris Dn. Kulpis, Exercit. 1. in fin. Pufendorff. de J. N. & G. l. 8. c. 6. Vitriar. in Inst. Jur. N. & G. c. 2. qu. 1. B. Dn. Cancell. Osiand, in observ. ad Grot. l. 1. c. 2. observ. 4. quaque cœteræ militares in hostem excursiones, occupationes & acquisitiones bellicæ, vid. Dn. Kulpis, Dissert. de privatis in hostem excursion. cap. 1. & 2. & fere per tot. Grot. de J. B. & P. l. 3. c. 6. Pufendorff. de J. N. & G. l. 8. c. 6. §. 20. Harpprecht. ad §. 17. J. de R. D. & *ibidem* catervatim allegati. Joach. Bürger. in singular. observ. cent. 1. observ. 54. seq.

XII.

Quod attinet ad *has* pabulatorias excursiones, quæ adversus non hostes ex alio capite, quam ex belli jure suspiciuntur, hæc fiunt vel in *ditionibus nostris*, cum incommodo vel jacturâ concivium nostrorum, vel in *terris aliorum*: & horum vel *amicorum & sociorum*. vel etiam *mediorum*, sive illorum, qui quietos se tenent inter bellum gerentes, die *Neutral seyn*. De *illis* ut primo loco disquiramus, quibus ex pascuis & prædiis *nostratum* pabula, invitis plane, aut irrequisitis *Dominiis*, à militibus nostris præoccupantur, eripiuntur, inque castra & stationes militares pro alimonia pecorum alioque usu militari deducuntur & consumuntur, res non adeò expedita videtur, hæc ipsæ an rationi Juri Nat. & G. satis convenient? Cum enim secundum horum jurium observantiam ab omnibus usquequaque colendas leges & regulas. tuta cuique & inviolata debeat durare rerum suarum possessio, ita ut in crimen non leve imputetur illas perversè vel concupiscendo, nedum capiendo, aut rapiendo sive clam, sive palam, sive dolo, sive vi impetere *Mev. in Nuch. J. N. & G. Insp. 5. §. 42. n. 1.* adversari iis omninò videntur omnes ejusmodi impetitiones & turbationes, haud secus ac furta, spolia, direptiones & dejectiones aliæ, quibus, quod nostrum est, nobis iterum illicito quovismodo intervertitur aut invaditur, *Mev. d. l. insp. 4. §. 37.* quod tamen, si semel justè & irrevocabiliter quæsitum est, adeò infixas in persona Domini radices egit, ut ei eripi, & in alium quemcumque sine facto & voluntate ejus jure transferri nequeat, per illud juris axioma, quod proponit *J. C. in l. n. ff. de R. Jur.* quæ est ipsissima æquitatis regula rectissime id observante Magnif. Dn. Mascov. Gryph. Prof. & Director. celeberr. resp. Præceptore, Avunculo, & Cognato nostro honoratiss. in Colleg. publ. ad tit. de R. J. Disp. 3. ad d. l. 11. §. 8. ut & Excellentiss. Dn. Præside

in *Disp. de recuper. bellica. lib. 8.* privatis non tantum data & lata, sed & summo Principi, Regi atque Imperatori § 11, *Inst. d. J. N. & G. & C. l. 9.* ibi: quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, ff. de *J. & J. Valentur de Valent. in parthen litig. l. 1. c. 6. n. 26. seq. Ziegl. de Jure Majest. l. 1. c. 4. §. 14.* Harpprecht. *ad princ. Instit. de R. D. n. 99.* adeo ut ne his ipsis, aut in simili quodam fastigio collocatis, nedum eorum, ministris, aut militibus ullo modo licitum sit aliena invadere & Dominis aut possessoribus pro lubitu suo indiscreto eripere, sibi que suisque usibus vindicare. §. 2. *Inst. de his, qui sui vel alien. jur. l. 6. C. unde vi.* Petr. Anton. de Petra, *de jure quæsito non tollend. per Princip. c. 24. n. 25.* Optimè hanc in rem Cicero *de offic. l. 2.* dum admonet, videndum esse ei qui Republicam administrat, ut suum quisque teneat, neque de bonis privatorum publicè deminutio fiat: & aliàs quoque, quod detrudere alteri sui commodi causà, magis sit contra naturam, quam mors, quam dolor, quam cætera generis ejusdem, non male inculcat idem *de Off. l. 3.* & paulo abhinc apertius omninò & significatissimè: Unà continemur omnes & eadem lege naturæ: idque ipsum si inest, certè violare alterum lege N. prohibemur: haud observato quodam discrimine, an jure N. & G. an jure Civili sibi quæ sita possideant: Aymon. *Cravett. vol. 1. Conf. 172.* Ferdin. Vasquius, *illustr. contro. l. 1. c. 5. n. 13.* Frantzk. *l. 3. Resolut. 1. n. 169.* ubi ex Parisio Menoch. & aliis magis communem hanc vocat opinionem Grot. *d. J. B. & P. l. 2. c. 14. §. 8. & ibid. Dn. Kulp. §. 3. lit. l.* Nam & hæc eo ipso quo sunt legitimo modo acquisita præceptis juris N. jam sunt imbuta, ut quod ex *modi introductione* non habent, ex *applicatione Civili* sibi assumant, eodemque invicem effectu potiantur. Mev. *in Nucl. J. N. & G. Insp. 6. §. 26. num. 3.* Dn. Præses, *in posit. contr. ad lib. 2. Inst. tit. prior. §. 3. & ibidem alleg.* iterumque an respiciatur, secundum nonnullorum hypothesein, ad potestatem *ordinariam*, an ad *extraordinariam* & plenitudinem potestatis, quam tamen alii plenitudinem tempestatis & tyrannidem nuncupare malunt. Nicol. Bets. *de pact. fem. illustr. c. 9. p. 517.* Syriag. *de pa. c. Religion. lib. 17.* Valentur. de Valent. *in Parth. litig. d. l. 1. c. 6. num. 27.* Petr. Anton. de Petra, *d. l. n. 32. seqq. add. Ziegler. de Jure Majest. 10. c. 4. §. 13.* ubi præmissis illis, quæ pertinent ad explicationem illius distinctionis, tandem subjicit, vix esse, ut in Principe legitimo dari possit plenitudo potestatis, quæ quicquam differat ab ordinariâ: neque enim in principe potestas absoluta & plena eò extendenda est, ut alicui bona sua aut jus suum promiscuè & sine justâ causa cripi aut auferri de jure queat, per ea quæ

hanc in rem disputat de Petra d. l. n. 31. & plur. seq. Ar. Pinell. de rescind. vendit. in rubr. c. 2. n. 24. Vasq. d. l. 1. c. 6. n. 15. seq. Græv. præst. concl. l. 2. concl. 56. consid. 1. ubi contra Gail. hanc sententiam veriore, æquiore, & communiorem dicit Gabriel. commun. concl. l. 3. de jure quas. non tollend. concl. 1. ubi quod communis hæc sit conclusio, quod principes de jure id non possint, quamvis de facto faciat. Quam tamen factus ut plurimum & avaritiæ cæstro perenti eò, mirum quantum, extendere satagunt, eo ipso suis potius commodis & dominandi libidini, quam honori Principum & bono publico inservientes omnes illi, qui Principibus persuadere non dubitant, quasi illis liceat & conveniat pro lubitu contra jus dispensare, & quadratata rotundis mutare, qualem loquelam tamen insanientium magis, quam jurisprudentium appellat Alvar. Valasc. in thesaur. jur. Emphyt. qu. 8. n. 34. Syring. de pace religion. th. 17. in quos gravius adhuc invehitur Rol. à Valle, 2. Consil. 91. n. ult. & Valent. de Valent. d. l. n. 27. 28. & 29. Accedit quod non minus contra justitiam pabulatoriarum istarum excursionum adduci meretur, quod, cum Imperatorum & Principum sit defendere usquequaque, & maximè in bello adversus hostiles insultus & direptiones bona subditorum & civium, alienum omnino sit, à justitiâ & æquitate naturali, milites in eorum pascua & prædia immittere, pro avehendis exinde, sibi que appropriandis pabulis, arg. eorum, quæ ex Anton. Quetta, cons. 12. n. 2. scribit Georg. Brautlach. in Consultat. historia pacificat. subjunct. 6. n. 51. absurdissimum ex eadem ratione judicans, si Principes bona Civium suorum ab hostibus per milites suos recuperanda retinere, sibi que incorporare vellent: addatur plenius hanc rem per rationes & distinctiones prosequens sapius laudat Dissert. de recuperat. bellic. th. 26. & seqq. Ob hastamen, & similes rationes in contrarium forte producendas, tantum abest ut has ipsas excursiones & pabulatorios actus promiscue cum ratione juris naturalis, & Gentium omnimodo pugnare, furtis, rapinis & direptionibus assimilandas esse statuamus, ut potius easdem, ritè rectè que attemperatas, non malè ex fundamentis quoque juris N. & G. reduci & defendi posse arbitremur. Quamvis etenim (1.) tuta cuique & illibata rerum suarum possessio relinqui, & maximè ab injuriosis & rapacibus deprædatorum manibus facta rectè que conservari omnino debeat, hoc tamen non ita accipiendum venit, quasi dominium cuiq; suum ita cessisset, ut superiori nulli in Republ. facultati subesset, quæ ex fine necessariò conservandæ communis societatis illud moderari, & salute publicâ, quæ

quæ suprema omnibus lex est, cui merito privatæ quæcunque utilitates cedunt, Mev. in *N. J. N. & G. Inspect.* 5. §. 22. Hub. de *Jur. civ. l. 1. c. 20. §. 39.* ita exigente, sive in casu necessitatis & utilitatis publicæ, etiam in invitis & insciis Dominis, eum in finem illud adhibendum imperare valeret. Conring. *Dissert. de Domin. Emin. tit. 5.* Clasen. in *Compend. polit. l. 3. c. 10. §. 3. in not.* Hæc ratione uti Princeps nullatenus peccat, aut in crimen spoliū incidit, quando ob imminens belli periculum domum subditi sui demoliri, aut ejus fundum quemcunque alium, agrum, hortum, prætorium urbi vel civitati propinquum, pro dilatandis fossis civitatis vel exstruendo propugnaculo, occupare, fossis aggeribusq; circumdare, munire, præsidis custodire, structuras quasvis alias, arboresque de-jicere, totaque civitatis suburbia tempore belli destruere, vel incendio ne hostibus emolumento, obsessis fraudi sint, funditus evertere jubet; *l. 9. l. 14. C. de operibus publ. l. 15. §. 2. ff. d. R. V. Gail. 2. O. 6. num. 2.* Braudtlach. *d. conf. 6. num. 45.* latissimè omnium Harpprecht. *ad pr. Inst. d. R. Jur. num. 98. seq.* ubi ex jure nostro plures textus, & ex iis plura exempla, pluresque authoritates cumulat. Pufend. de *J. N. & G. L. 8. c. 5. §. 7.* Uti quoque non omni justitiâ caret, imò & ali-quando qui talia intermittit Princeps aut Imperator officio suo minus satisfecisse perhibetur, quando in casu, ubi copiarum hostiles urbem ex nostris aliquam insidentes, fiducia aut præpollentium virium suarum, aut munitionum, quibus urbem quodammodo in expugnabilem, vel tardius saltem, & non, nisi exustis ab ejusdem hostis alio exercitu integris provinciis & regionibus, ut periculum sit, ne partes cæteræ omnes, aliæ ex aliis totaque respublica in eandem pertrahantur ruinam, exsuperandam dedissent, ad deditiōem inde, non attentis identidem factis evocationibus haud flexibiles, obsessos nostros milites locum illum undiquaque oppugnare, & injectâ undique ignitorum globorum mole, ut ut excidium minitante & inferente, infestare jubet, per ea, quæ pluribus deduxit Dn. Præses, in *Dissert. de recup. bell. tit. 23.* Uti porro contra rationem juris primævi non omninò peccatur, quando in casu, ubi urbs aliqua confusis ædificiis nullâ platearum amplitudine, aut distinctione, sicuti requirebat commoditas & necessitas importandarum & exportandarum rerum aut defensionis ratio, adversus incendia domus quasdam, vel ob has saltem causas, vid. *l. 14. C. de operib. publ. & ibi Brunnem. dirui ille, qui rerum potitur, ordinat & mandat. Bœcler. ad Grot. l. 1. c. 1. §. 6. pag. 114. Perez. ad C. ad tit. de oper. publ. num. 4.* Uti itidem pro injuria à principe

sibi illata allegare jure nequeunt subditi, quando in casu, ubi urbs aliqua intra breve aliquod temporis spatium munienda est, ut olim Athenæ; de-
 sum autem lapides, aliave materia eam singulorum eorum usibus desti-
 natana, vel ex hortis & prætoris eorum sumi, aut in obsessâ urbe, fame
 urgente, granaria privatorum recludi, annonam describi, & vel à volen-
 tibus quoque, pro æquo pretio vendi, vel æqualiter inter omnes distri-
 bui. Boecl. ad Grot. d. l. Hub. de jure Civit. d. l. 1. c. 20. §. 43. vel pro alendis
 exercitibus & militibus præfidiariis impendi imperat, Excellentiss. Dn.
 D. Mascov. ad l. 11. ff. de R. I. §. 9. n. ult. Ulti nec cum justitia pugnat
 quando imminente necessitate pecuniam publicè depositam & privato-
 rum gazas invadere & pro depellendâ & exsuperandâ eâ necessitate Reip.
 saluti ad modum infestâ impendere injungit & dispensat, ubi, quod utique
 civilius est, & laudabilius, à volentibus civibus istas pecunias veluti mu-
 tuo accipere non licet. Pufend. d. l. aut ubi alia ratio non est hostem re-
 pellendi, propriam regionem vastari, segetes urî, fruges omnis gene-
 ris & quicquid usui esse potest, quod avari aut aliâ ratione præ ho-
 stilibus manibus salvari nequit, corrumpi facit Q. Curt. hist. l. 3. c. 4. Pu-
 fend. d. l. post Horn. de Civit. l. 2. c. 4. n. 18. Clasen. d. l. 3. c. 10. §. 4. in
 notis; Ita quoque multo minus Principem aut alium cujus auspicio & du-
 ctu bellum geritur, peccare censemus, quando militibus suis tales excur-
 siones ad petendum ex pascuis aliisque civium nostrorum locis pabulum,
 quantum quidem sufficit in alimoniam equorum aliorumque animalium
 militarium, quæ necessario pro defensione Reipubl. & singulorum su-
 stendenda, & ab interitu conservanda sunt, permittit & imperat: quales e-
 quidem in se & abstractivè consideratæ, non parum iniquitatis & inju-
 stitiæ secum vehere videntur, dum quod natum & paratum est in usum
 possessoris prædiorum proprium & domesticum, huic sine ejus factò eri-
 pitur & in alium devolvitur; quatenus vero eas metimur & æstimamus
 ex necessitatis, utilitatis & salutis publicæ statu quodam extraordinario,
 ubi bello implicitis adversus hostiles motus & machinationes rempubl.
 cum civibus suis & defendendi & conservandi non alia spes est, nisi in
 armis & exercitibus, per consequens quoque non nisi in horum conser-
 vatione, robore & vigore inconcusso, in quo persistere nequeunt, ubi mi-
 litibus commeatus, & jumentis pabula non suppetunt, quibus fame las-
 satis & macie corruptis pro salute patriæ, in tali statu non parum perichi-
 tante. vid. Jul. Cæs. de bell. civil. l. 3. n. 58. expediendi aliquid vix copia
 erit. Justa sanè hæc causa est, ob quam eadem justitiâ, quâ in modo enu-
 merata-

meratis casibus, summus in Republ. Princeps dispensare, de privatorum proprietatibus detrahere, quæ in singulorum usum facta & nata sunt, in commune Republicæ commodum publicis usibus addicere, applicare, militibus suis pro necessitate in talem finem liberiori quodam modo assignare, & inter eos distribuere jure quodam sublimiori potest. Quod Principi competere & superesse dixeris sive vicujusdam *supereminentis Domini* quod vocat Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 14. §. 4. & l. 5. c. 30. §. 7. Mev. in N. I. N. & Gent. inf. 5. §. 42. n. ultim. Conring. de Domin. Emin. lib. 12. seq. ubi rectè monet, nec inusitatam vocis illius usurpationem, (quæ tamen jam ante Grot. Cardin. de Lugo, de just. & jur. tit. 1. sect. 1. §. 9. usum esse legitimus & ex Cruke de Dominio Emin. c. 1. §. 3. adnotat Beem. in medit. polit. c. 21. §. 2.) nec abulum illius ex publica utilitate & necessitate optimè temperati & saluberrimi juris, tyrannicis dominationibus proprium, ejus efficaciam haberi debere, ut simpliciter illud reprobemus Clasen. in Pol. l. 3. c. 10. Pufend. de I. N. & G. l. 8. c. 5. §. 7. & quamplurimi alii saniores Politici & Jcti: sive *vi Imperii*, quod ad salutem publicam directum est, unice se fundans in potentiori istâ causâ publicæ utilitatis & necessitatis, uti volunt Sutholt. de jurisd. n. 27. Ziegl. de jure Majest. L. 1. c. 4. §. 14. Gabriel. comm. conol. L. 3. de jure questi-
re non tollend. concl. 2. num. 1. seqq. alique, perinde planè erit: Sufficiat enim si in eo conveniamus *supereminentis domini* usum, & exercitium non esse extra causam necessitatis & utilitatis publicæ, sive tempore belli, sive tempore pacis, eaque omninò cessante & ipsam cessare & conquiescere, Vitr. in Inst. J. N. & G. l. 2. c. 2. quest. 12. Clasen. d. l. §. 5. seqq. Braudth. d. l. n. 49. seqq. Satis superque ex his constare arbitramur quomodo ex hoc fundamento licitæ sint, etiam per principia juris primævis & non omninò injustæ militares istæ excursiones & pabulationes etiam *in terris nostris & in respectu ad concives nostros*, utique quando eâ, qua decet & fas est moderatione suscipiuntur & exercentur, & maximè quando his, qui sua publico ita impenderunt, aut ejus gratiâ perdidit jactura illa aliunde, quantum possibile est, pensetur & æquissimâ quâdam contributione refarciatur, de quo articulo penitus omninò discutiendo. infra pluribus. (2.) non parum quoq; ad adstruendam haram excursionum, & ætuum pabulatoriorum justitiam confert ratio *sublevationis*, quæ in est his ipsis, ab onere civibus aut subiectis alias graviores quendam in modum incumbente. Incumbebat enim vel olim provincialibus onus non tantum aronam militarem exercitibus & militibus nostris in expeditio-

ditione de gentibus subministrandi & præstandi, quæ consistebat in speciebus, veluti in frumento, pane, vino, hordeo, lardo, ita ut frumenti quinquagesimam partem, hordei quadragesimam, vini & lardi seu suillæ carnis decimam quintam in finem alendorum militum pendere adstricti fuerint, *l. 9. C. de suscept. iung. l. 1. C. de erog. milit. annon. nisi ex longinquitatis causâ humanitatis necessitas, uti loquuntur Imperatores in c. l. 9. in fin. minorem quantitatem imperasset, sed & transvehendi ad exercitum uti annonam, L. 4. C. de erog. mil. annon. Dn. Rhet. in Diss. de jure circa frum. c. 2. n. 22. ita & pabula ex l. 9. C. Theodos. de annon. Tribut. Perez. ad C. d. l. n. 26. quæ militibus præstare debebant, veluti fœnum, l. 8. C. de erog. milit. annon. ibi: Provincialium commodo convenit subvenire. Ad omnium itaq; numerorum s. vexillationum aut etiam scholarum tribunos vel viros illustres comites sublimitas tua faciat pervenire, ut meminerint fœnum militibus justis capitibus præstandum. & paleas, l. 20. eod. quo nomine venit stramen & fœnum, quibus milites loco lecti, vel potius equorum stramine utebantur, uti notat Brunn. ad d. l. & quamvis non præcisè ad castra ista deferre, qui remotiori loco inde aberant provinciales adstricti fuerint, incubuit tamen illis ipsis ad vicissimum lapidem illa convehere, unde deinceps milites ipsi in castra portabant & convehabant, d. l. 2. junct. l. 8. C. eod. quod onus rectissimè ita attemperabatur, ne unus præ alio nimium prægravaretur, & propterea non tantum illationis, & pensationis forma æqualis observabatur, l. 7. C. de annon. & tribut. sed & itineris & habitationis, & expensarum in itinere necessariorum ratio habebatur l. 6. C. de Exactor. tribut. Perez. in C. de ann. & trib. n. 26. Inde cum olim mediterraneæ & à mari longe distantes civitates à maritimis, & contra maritimæ à mediterraneis onerarentur transvectione annonarum, quas conferre tenebantur, ac plus dispendii haberet translatio, quam devotionis illatio, secundum effectum Impp. in l. 9. C. de annon. & tribut. h. e. uti rectè interpretatur Perez. in C. d. l. n. 27. plus impenderetur in itinere, quam valeret ipsa annona, placuit ne se invicem hujusmodi oneribus ac sumptibus in posterum involverent & ut unaquæque civitas onus suæ transvectionis agnosceret, & per viciniores possessores annonam transferri curaret per l. 8. C. eod. Perez. d. l. qui viciniores illas præstationes usque ad castra limitanea convehere tenebantur, l. 4. C. de erog. milit. annon. cum longius distri ultra terminos vicefini lapidis istas transvehendi necessitati regulariter non fuerint obligati, l. 2. l. 8. C. eod. & ibid. Gloss. Brunnem. Dum vero hodie nostri milites pabularum*

tum emissi ipsi pabula pro alendis equis & jumentis militaribus conquirant, & in castra & stationes militares deducant, eoque ipso in tantum, in quantum ipsis ea suppetendi copia est, provinciales aut cives nostros ab onere isto ea suppetendi & transvehendi, aut sumtus eum in finem impendendi aut subministrandi exonerent, hactenus quoque justitiæ & æquitatis rationi eas non disconvenire facile patet. Neque enim pabulationes & excursionses pabulandi ergo permittuntur, ubi pabula suppetunt, aut pro necessitate, aut exigentia rerum ad castra aut stationes militares aliunde per subditos comportantur. vid. Dänisch Articul. Brieff. art. 108. ibi: Die Fourage, wann sie sonst nicht getteffert worden/ anlangend/ 2c. add. Ordin. Tylliaea de Ao. 1623. statim in principio hanc in rem ita disponens: Was gestalten es mit Officirern und gemeinen Leuten der Kayserlichen Armee dieses Ores insgesambt gehalten und einem jeden des Tages an Speiß und Trancß/ wie auch nothdürfftigen Fouragien auff die Pferde dargereicht werden/ damit sie ohne fernere Beschwerus der Unterschanen und Herren selbstn vergnügt und allerdingz zu Frieden seyn sollen. Ordin. pabulat. Regis Britannici, §. wann sie fouragiret haben. ibi: als Er nach proportion der Fourage, die manquiret/ nöthig urtheilet. Ne verò hæc in parte iniquitas quædam exinde resultet, quando unius saltem atq; alterius, prædia pabulationibus ex qualitate sitûs commodiora possidentis, dispendiis publica salus & cæterorum securitas rodimitur, ea & hic commendanda venit æquissima justitiæ ratio, quâ fas esse dicitur reliquorum contributione resarciri & expleri id, quo quatenus injuria loci ipsum prægravavit, eatenus alios, incolumes exinde & intactos, sublevavit. Ita satis ut opinamur constabit, quam non saltem, quod videtur, sub schemate injuriosi, aut licentiosi alicujus facti, sed ex constanti etiam juris naturalis & gentium ratione & fundamento censeri & commendari possint. & debeant receptæ illæ militum nostrorum pabulationes ritè rectèque ordinatæ & attemperatæ, & quam facile responderi possit ad superius allata dubia, quæ earum justitiæ non parum detrahere videntur. Nempè ut in compendio nunc dicamus, *Regulam illam*: nemini dominium suum ne quidem à Principe auferendum, nulli jus suum detrahendum esse; patet *exceptionem* in talibus pabulationibus, ex superiori publicæ salutis lege, & potentiori necessitatis & utilitatis publicæ ratione: Et porro: Principi omninò incumbere, tutari suos, & eorum bona facta tecta conservare: utique, in quantum ipsi possibile. At contra & subditos eâ quoque te-

D

neri

neri obligationis efficaciam, ut Principi id agenti & personarum & rerum subsidio adsint: ne graventur, si quid duri ex inevitabili necessitatis lege ipsis ita evenerit, officium boni civis vel in eo implere, quod quæ mutari nequeant, patienter ferant, solamen vel in eo quæsituri, si publicâ utilitate talia rependantur.

XIII.

Sequitur ut in justitiam earum quoque excursionum, breviter quidem, inquiramus, quæ in terris amicorum & sociorum belli fiunt, & harum non plane dissimilem deprehendimus rationem à prioribus: Quia etenim hæc excursionses fiunt ad depellendum commune periculum & conservationem omnium, adeoque propter necessitatem & utilitatem publicam & communem, incivile esset, & societati planè inconveniens, si quis summam rerum in eâ sociorum civitate tenens isti necessitati communi quoque ex suâ parte subvenire nollet, & tales excursionses vi potestatis ipsi competentis in suos quoque permittendas aut patienter ferendas averiari. Neque enim æquum esset, aliam partem solam gravari, aliam immunem esse ab incommodis: cum potius naturaliter justum sit, ut socius socio teneatur ad reparationem damnorum, quæ ob negotium commune aut publicum eveniunt. Grot. d. J. B. & P. l. 3. c. 6. §. 23. VIII. in Inst. J. N. & G. l. 3. c. 6. qn. 12.

XIV.

Restat ut paucis quoque videamus, quid sentiendum sit, si necessitas pabulatorias excursionses etiam in illorum, qui *medii*. & *neutri parti addicti* sunt, prata & prædia imperandas & permittendas extorqueat. Et sanò cum in hos nec belli, nec Domini eminentis jus se extendat, non alia eas defendendi ratio superest, quam quæ ex merâ necessitatis lege reperitur, quæ ita presso jus quoddam, quod non nisi imperfectum audit. Zentgrav. in diss. de eo, quod in sol. pac. lic. bellig. contr. host. §. 23. hæc ratione indulgere censetur, ut non omninò injustus dici queat, qui ex pacatorum & medicorum horum terris tantum pabuli sibi conquirat, & supportari, quantum opus est, facit, cum animo tamen & intentione restituendi, saltem per pretii justæ exsolutionem, aliamve satisfactionem: ad minimum facta talia facilius veniam merebuntur & hoc facilius excusandi venient, qui ab istis sibi temperare non potuerunt, cum & patientes talia, humanitatis quâdam lege teneantur, in tali casu non adeò strictè urgere rationem domini sui, quod ex sine societatis universalis qua

quæ est inter homines. l. 3. ff. d. J. & J. attemperatum esse meminisse debent; argumento eorum, quæ commentantur Grot. d. 7. B. & P. l. 3. c. 17. §. 1. & l. 2. c. 2. §. 9. Dn. Kulpis, in colleg. Grot. Exercit. 14. ad l. 3. c. 17. Becm. in polit. parall. c. 21. §. 6. Zentgrav. d. l. §. 13. seq. & §. 23. seqq. add. tamen Ziegler. ad Grot. d. l. 2. c. 2. §. 10. & quos citat Excellentiss. Dn. D. Schweder, Præceptor & Patronus meus colendiss. in introd. in jus publ. part. spec. sect. 1. c. 29. §. fin.

XV.

Justas quoque esse has pabulationes secundum jura *Civilia*, hujus vel illius civitatis propria, non est quod multum dubitemus. Quod ad *jura Romana* attinet, videntur quidem Impp. eas, & quidem sub certâ pœnâ in totum prohibuisse & quoad publica, & quoad privata prata, tantum ratione gregariorum militum, quam eorum, qui sunt cum imperio; in l. 2. C. de pasc. publ. & priv. Quod repetunt cum quâdam extensione ad privata Principum prata, l. 3. C. eod. P. Greg. Tholos. in S. 7. U. l. 19. c. 12. n. 6. Attamen saluberrimas has legum lationes directas maxime esse ad *statum pacificum*, ubi milites suis stipendiis contenti esse possunt, nihilque ultra debitum subsidium extorquere, nec aliena pascua ingredi debent, est, quod conjiciamus. Quod vero ubique & *in statu belli extra ordinario* præcise eas observatas voluerint Impp. ita, ut ne quidem urgente necessitate militibus permitti possit, pro sustentandis animalibus militaribus aliena prata ingredi, & ex eis pabula necessaria depromere, vix ulla ratione probabile reddi potest. Unde quoque in tali statu militibus loca viciniora, aut alias ad pabulandum aptiora suis stationibus communia pronuntiare non dubitavit ex Caball. in resolut. crim. cent. 3. cas. 294. n. 426. Perez. in C. de pasc. publ. n. 5. in fin. Faciunt etiam pro hac sententiâ, quæ de equo viatoris ob penuriam alimenti, vel morbum deficiente & propterea ex alienis pratis contra regulam licite pascendo, necessitate hic faciente ex illicito & prohibito licitum, per c. quod non est licitum 4. 7. de R. l. aut saltem impune, ut loquitur Feudista 2. F. 27. in fin. statuminat P. Greg. in S. J. U. l. 3. c. 14. n. 8. Quod facit etiam Jus Saxon. l. 2. art. 86. Krauß. disp. Alt. de necessit. tb. 39. & Jus mil. Holland. art. 183. ibi: Ein Soldat mag in der Noth wohl zugreifen/seinen Hunger zu stillen. vid, Tull. Crispoltus, in casib. mil. c. 24. ubi disting. inter militem viatorem & non viatorem: add. in. Walth. Eunom. met. c. 9. §. 21. Ex Recessibus imperii res est satis clara, per textus jam superius adductos,

aus der Neuerbestall. Imp. Max. II. de Ao. 1570. §. 19. 39. 60. 90. 93. non minus ex aliis legibus & ordinationibus militaribus, & quidem ex gemina ea, quæ novissime prodit, tum in genere *ad disciplinam militarem*, tum in specie *ad dirigendos & normandos actus pabularios spectans*, edicente Sereniss. Marchione Badensi, Ludovico, Imperatoris nostri invictissimi summo Legato. Des. Herren General Lieuten. *Disciplin. Punctent und Fouragier. Ordnung.* prout eam exhibet sæpius jam citatus Joh. Sebastian Gruben, in libro suo quem in scripsit *heutige Krieges Disciplin. part. 2. c. 16. 17. & seq.* vid. infr. th. 23. Ex ordinat. milit. Regis Britan. *oder so genante Reglement für die Fouragierer / Ihres König. Majest. von Groß. Britannien.* ap. Gruben. d. l. Regis Danicæ, art. 110. Serenissim. & Potentissim. Elect. Brandenburg. sub dato Hall. de Ao. 1690. §. 1. *seqq.* jure milit. Holland. art. 22. aliisque. vid. omninò *Boecl. schol. milit. mod. Class. 18. §. 3. & Cl. 28. p. 533.*

XVI.

Causa Efficiens proxima est voluntas & consensus illius, cujus auspiciis & ductu bellum geritur, ejusque bellici Imperatoris, Ducis, aut alterius alicujus Magistratus militaris, qui est eum imperio. Ex horum n. præscitu, jussu, atque permissu vitam sibi hauriunt & esse suum juridicum habent pabulariorum militum excursions, quatenus sub figurâ & in tramite juris alicujus & justitiæ incedere volunt & debent, diversissimæ omninò & alienissimæ ab effreni illâ & licentiosâ, latrunculorum potius, quam militum divagatione & direptione, *ex corpore facti potius, quam corpore juris* defendendâ. per ea, quæ supet. in th. 6. ex juribus & ordinationibus milit. statuminavimus.

XVII.

Causa Impulsiva est partim zelus & necessitas hosti detrahendi, & subducendo, aut corrupendo necessaria, ex quibus robur exercitus præcipuum stat caditque, vires ejus atterendi, debilitandi, & vel eo modo eum sensim debellandi, exsuperandi, & ad æquiores salutiferas pacis conditiones adigendi, qui finis est, & esse debet bellorum ultimus. Grot. *de J. B. & P. l. 1. c. 1. §. 1.* & ibid. B. Dn. Cancell. Osiand. *observ. 3.* partim amor homini innatus & necessitas seipsum, suæque tutelæ commissos eum bonis suis conservandi, & defendendi, & præ hostilibus armis, invasionibus & subjugationibus se custodiendi & obfirmandi, & planè ab interitu se vindicandi. Admodum
ele.

eleganter hanc in rem Cicer. l. 1. de Off. Principio, inquit, generi animalium omni est à naturâ tributum, ut se, vitam, corpusq; tueatur, omniaque quæ ad vivendum sunt necessaria, inquirat, & parat, ut pastum, ut latibula & ejusdem generis alia. adl. tradita & firmata à Pufendorff. d. J. N. & G. l. 1. §. 6. §. 2. Mev. in uncl. jur. Nat. & G. insp. 4. §. 30. & seqq. qualis interitus imminet omnino & acceleratur, ubi in exercitu nostro & defensore & vindice, militibus non tantum commeatus, sed & equis & jumentis militaribus pabula deficiunt; Qui defectus quomodo quàm maximo cum studio præcavendus, cum intercluso commeatu subigi exercitus, & victoria sine ullo vulnere impetrari ab hoste possit, exemplo aliquo notabili edocemur ap. Jul. Cæsar. de bell. Gall. l. 3. n. 23. seq. & de bell. civil. l. 1. n. 23. ubi itidem, quid periculi imminet exercitui, si illi, qui frumentandi aut pabulandi causâ progressi impediuntur & intercluduntur; & contra, quid roboris & spei accedat, si frumenti & pabuli copia suppetat, late inculcat. Cui gemina tradit. Veget. de re milit. l. 3. c. 3. pr. in reliquis, inquit, casibus potest in tempore subveniri, annona & pabulatio in necessitate remedium non habent, nisi ante condita. Quocirca etiam rectissime in ordinationibus militaribus pabulationes & pabulatoriæ excursioniones summè necessariae audiunt, quamvis etiam non minus ob insidias, machinationes, & invasiones hostium omnimodo pertimelendas, periculossimæ sint, summâ quoque propterea cum providentiâ, vigilantia & curâ suscipiendæ & expediendæ. In den Disciplin. Puncten Thro Hoch-Fürstl. Durchl. des Herren General-Lieuten. am Rhein §. 86. ibi: Weil daß fouragiren eine höchst nothwendige sache ist / und auch mit guter Vorsorge will angestellet seyn / soll anders alles Unglück und desordre verhindert werden. Accommodate & distinctè hanc in rem Bœcl. in schol. mil. mod. Clas. 29. rubr. Von futragiren und convoyern. Daß futragiren ist nothwendig und gefährlich / nothwendig / weil die Pferde davon müssen unterhalten werden; gefährlich / weil man auff's wenigste in der Wochen zweymahl auff die Fütterung hinaus muß. Wann demnach viel daran gelegen / und große Gefahr dabey / insonderheit wann man in Feindes Landen in einem Lager / nicht weit von des Feindes Wöstungen / Guarnison, und zwischen demselben die Fütterung einholen muß. Erfordert demnach die Nothdurfft daß man eine starcke und genugsame Convoze den Fouragirern zum Begleit mitgebe. Justitiam inde ibi induunt, etiam illæ excursioniones & pabula-

nones, quæ suscipiuntur etiam adversus eos, qui sub tutelâ nostrâ consistunt, arctiori illo *eiusdem civitatis* vinculo vel *sociali* foedere nobis juncti. Publica etenim illa utilitas & necessitas eminentiori suo fastigio re-
 Quæ sibi subordinat inferiori loco disposita privatorum commoda, ita ut bonus civis, sui officii memor, gloriæ sibi ducat, Reipubl. causâ de suo jure haud gravatim cedere, utilitatesque suas æstimare ex utilitate Reipublicæ, cujus status quo vel benè, vel malè, se habet gradu, eo velbeat, vel torquet flagulos. *Mev. in N. J. N. & G. Insp. 5. §. 22. Ziegler. de jure Maj. l. 2. c. 3. §. 9. & seq. & l. 2. c. 17. §. 11.* Non minus & suo gradu illæ, quibus pabula ex eorum, qui *neutri* bellantium parti addicti sunt, terris petuntur, secundum dicta *in th. 14.*

XVIII.

Subiectum activum sunt in genere omnes illi, qui pabulatum emittuntur, versantes in ministerio, servitio & famulatio militari, cujuscunque sint generis, sive equites, *von der Cavallerie*, sive pedes, *von der Infanterie*, sive tormentarii, *von der Artillerie*, sive aliâ in statione collocati, *als die von dem General-Stub/commissariat*, Proviant; etiam in ordinem non relati, *die Volontairs*: sive imperando, sive parendo, & famulando militent, *Officirer/gemeine Knecht/und Diener*. Quidam enim eò destinati sunt, ut dirigant & observent actus pabulantium, quidam ut actualiter pabulentur, quidam ut pabulatores omnes tuteantur, quidam ut inter pabulandum excedentes corrigant, debitæque pœnâ afficiant, *vid. th. 2. add. ordinat. pabulat. infra in th. 23. exhibitâ.*

XIX.

Subiectum Passivum & quidem Immediatum sunt regulariter, pascua, prata, aliave loca campestria seu rurestria, ubi pabula talia nascuntur & inveniuntur, quæ in castra aliasve stationes militares à pabulatoribus in usum istum necessarium comportari licitè solent & debent. Huc itaque de regula non pertinent loca in urbibus, villis & pagis sita, qualia qualia sint, sive horti, sive horrea, sive domus, quæ à pabulantium incursionibus liberæ manere debent & intactæ omninò servari, per leges militares & in specie per ordinationes pabulatorias. *vid. supr. §. 10. jure merito* jubentur. Hæc loca etenim si promiscuè licentiæ militari paterent, facile exinde occasio subnascesetur, horum locorum possessores aliosve incolas, nimium molestandi, vexandi, & per modum quendam concussionis graviore quodam & in personis injuriâ, & in rebus etiam ad pabulationem planè

planè non pertinentibus damno affiendi & affligendi, quæ non ita, aut saltem non eo in gradu pertimescenda sunt, in excursionibus tendentibus saltem ad loca sylvestria & campestria, ubi non nisi, quod ibi nascitur, invenitur. Patitur in hoc ipsum *exceptionem* in casu necessitatis alicujus planè extraordinariæ, ubi & temporis & loci conditio aliæq; circumstantiæ non aliter ferunt, quam ut extra orbitam procurratur, & pabulationibus quoq; obnoxia reddantur horrea aliave loca in villis & pagis aliàs ab hæc molestiâ exempta. Id quod non impatientiori animo ferendum est, quam illud ipsum quo pabula ex prædiis campestribus ad depellendam publicam istam necessitatem eripiuntur: Modo pabulatores ita in officio suo contineantur, ut alia, quam fecnum, stramen, & quæ in pabulationem venire debent manus rapaces protendere non audeant. vid. supra th. 9, ubi pluribus de effrenatâ hæc in parte militum nostrorum licentiâ omnimodò coreconda: nec alia loca, quam quæ determinata, & ad pabulandum adsignata visitent & perscrutentur; Quod summo perè præcavere illi, qui cum imperio est, maximè congruit, idque uti in omnibus pabulationibus etiam ordinariis illis & regularibus, ita imprimis in extraordinariis: ne quod in se satis grave est, ex necessitatis lege quidem, sed tamen non nisi ægrè permittendum, ex malitiâ effrenatorum hominum intolerabilius reddatur & ex licentiosiori excessu planè abominandum. Providè admodum hanc in rem concepta est potentissimi & omni glorioso encomio majoris Regis Britannicæ ordinatio, das *Reglement für die Fouragierer* ubi ita: *Der Kommissar soll fornen für den Fouragieren für sein Regiment bleiben und also marchiren / bis auff den Platz da er Fourage findet für das Regiment / allwo er sie zusammen halten / damit solches nicht über den ordinirten Plätzen / und weiter als es geboten / fouragiren / auch die Fourage mit Pferden oder sonstem unthwilliger weise verderben und zuverten lassen.*

XX.

Subjectum passivum mediatum sunt locorum modo descriptorum domini & possessores, cujuscunque sint ordinis & conditionis, etiam de cætero privilegiati, & à necessitate sufferendi onera & munera sive personalia, sive realia, sive ordinaria, sive extraordinaria, alias exempti, Illa enim necessitatis & utilitatis publicæ, quæ justas has excursions & pabulationes reddit, urgentior ratio, & extraordinarius iste rerum status neminem ab his impetitionibus & præoccupationibus militari-

ribus

ribus tutum reddere valet, nec illi hoc præ aliis indulget, ut nimium ex-
inde, quod ad eum modum rerum suarum jacturam sine facto suo contra
immunitatem aliàs ipsi fortè competentem senserit, se prægravatum queri
jure optimo maximo queat. Ubi etenim manifesto in discrimine est pu-
blica universorum & singulorum salus, optima illa est ratio, quæ unifor-
miter singulos adstringit, ut sine exceptione, nulloque attentato privilegio
quisque pro depellendo communi periculo sua vel liberaliùs ipse con-
servet & erogat, vel aliunde jam eam in sortem pertracta & infanta
animosiùs sine magno dolore sufferat. Quæ est naturalis illa ob-
ligatio, quâ omnes adstringimur pro defensione & conservatione com-
munis patriæ, l. 2. ff. de Just. & Jur. ut & inde quam maximè depen-
dente nostrâ singulorum propriâ l. 3. eod. add. Schurff. 1. Conf. 43. num. 18.
quæ non tantum ad tempora Reipubl. pacata ordinariis mediis per leges
& constitutiones proportionatâ quâdam & æquabili justitiâ inventis &
attemperatis contenta, sed & imprimis ad tempora & secula quoque tur-
bata respicit, viresque suas efficacius exserit, quò graviora inde imminent
pericula, & quo fortiora medicamenta requiruntur, pro eo quo illa statos
excedere terminos assolent, Braudtlach. dict. consult. 6. n. 20. Non secus
ac in aliis quibusvis improvisæ & extremæ necessitatis casibus etiam
privilegiati ad onera cum aliis ferenda rectè adstringuntur, dormiente
per istud tempus omni privilegio, l. 1. C. ut nemin. lic. in empt. spec. se ex-
cusar. l. 1. C. de nav. non excus. l. 10. C. de SS. Eccles. Gail. 2. obs. 52. n. 26.
seq. Tiraquell. de Nobilit. c. 10. num. 169. Mynsing. cent. 4. Obs. 70. hanc
sententiam non modo Cameralis judicii usu, sed & consuetudine com-
muni totius Germaniæ comprobata adstruens, ita ut juxta commu-
nem omnium Interpretum conclusionem in casibus, ubi e. gr. collectas
quasdam summa & extrema imperii aut civitatis alicujus necessitas indi-
cere imperaverit, nemo vacationem aut immunitatem habeat, sed à
summis nobiles ad infimos usque populares, & plebejos, imò etiam
ad clericos sarcina decurrat. tt. C. de quibus muner. nem. lic. sel. excus. Ex-
cellentiss. Dn. D. Harpprecht. in Dissertat. de præscript. immunit. à
collect. c. 4. th. 18. & numerosè ibidem citati: modo præcisa illa neces-
sitas non ficta, colorata, aut prætensa sit, (alias facile eluderentur quæli-
bet immunitatis indulta & privilegia, quod jura non permittunt, Eneck.
de privileg. in gener. c. 3. n. 1. Tabor. de metat. p. 3. sect. 2. c. 1. th. 15. add.
Matth. Steph. de Jurisd. l. 3. p. 2. c. 10. n. 15. Klock. de contrib. c. 17. n. 125.
ubi sacrilegos dicuntur qui Academiis & Scholis illa ad eum aut animum
dum

dum labefactare conantur, addentes, arbitrarie quoque poenae eos subji-
ciendos esse Menoch. de A. I. Q. cas. 379. n. 2. Sed vera, manifesta, &
talis, ut à cæteris subditis illi occurrere nequeat citra opem & adiutorium
immunitatis, seu privilegiorum illorum, post Nattam, Purpurat. & Ru-
landum, Tabor, d. l. post plures alios citatos Dn. D. Harppr. Dissert.
de immunit. à collect. convent. th. 45. Ex quibus facile consequitur, quod
si in casu, ubi remissior quædam in pabulis conquirendis & supportandis
est necessitas, ita ut selectus locorum pabulationibus destinatorum ha-
beri & observari adhuc possit, certus aliquis locus, aut integer aliquis tra-
ctus seu districtus ex gravi aliquâ causâ, veluti præminentia, summa
egestatis, aut alterius cujusdam respectus, in possessore attendendi, à li-
centiosis & maximè primis istis militum incursum per dispensationem
quandam, quæ fortean non nisi rarissimè impertietur, præmunitus sit,
darauß Salvaguardiret/ ei omnino parcendum sit, in quantum fieri po-
test per prævalentioris publicæ necessitatis rationem, quippe cui po-
tius in futurum talis locus reservatus, quàm planè exemptus cen-
feri debet. Quæmadmodum etiam in genere pabulatores abstinere
debent ab illis locis, in quos pabulatum ire, per expressum mandatum
prohibentur, ex ratione, sive quoad nostros, sive quoad hostes conclu-
dente, provisionis & securitatis propriæ, aut periculi & pernicipi ex ad-
verso inferendæ. vid. Bœcl. in schol. milit. mod. Class. 28. p. 667. & quæ ex
eo adducta supra th. p. seq.

XXI.

Objectum harum excursionum & pabulationum sunt, gramen,
foenum, & quicquid nomine pabuli comprehenditur, pro sustentandis
animalibus militaribus natum & paratum: Ad hoc etenim tantum mili-
tari isthæc licentia pertinet: quæ si ultra pedes suos promoveat, in to-
tum à se deficit & degenerat, nullo juris colore defendenda, inque furto-
rum, direptionum & spoliationum nefanda scelera abit: quæ quidem ho-
diè ut plurimum effrenis nostrorum militum est licentia, quâ in aliena
promiscuè involare gloriæ sibi ducunt, contra morem & Romanorum
& veterum Germanorum, qui alias nationes fortitudinis, pietatis, tem-
perantiæ, prudentiæ & disciplinæ militaris encomio facile exsuperabant
Rec. Imp. de Ao. 1570. rubr. von Reuter. Bestall. in præfat. §. 5. und
diereit. 43. ita ut illis ipsis militia omnium earum virtutum schola fuerit
quæ nunc latrocinandi ars esse videtur. sec. Bodin. de Republ. lib. 5. c. 5.
p. 602. Reinking, de R. S. & E. l. 2. c. 3. c. 5. n. 9. Gail. de pac. publ. l. 1.

E

6. 42

c. 4. n. 33. Klock. de contribut. c. 17. n. 210. seqq. quam insolentiam latro-
 num verius, quam militum, quippe qui non leguntur aut stipendia ac-
 cipiant, ut civibus suam eripiant, sed ut eorum quemlibet in securâ rerum
 suarum possessione defendant, compescere monitis, mandatis & pœnis
 severioribus coercere & corrigere officii tribunorum & Ducum,
 uti alias potissima & præcipua pars est, vid. *Reuter. Bestall. tit. von Be-
 stellung des Feld. und Reuter. Rechtsens. §. 3 seq.* ita & in actibus pabu-
 latoris, & quam maximè in exorbitantibus illis, ubi concessa in pabulum
 etiam ex villis, & pagis, aliisque inhabitatis locis sumendum licentia am-
 pliorem subministrat occasionem, in vetita quoque grassandi, furta &
 deprædationes alias ex aliis exercendi, nisi omnino, qui cum imperio sunt,
 incumbit, maximoperè providere, quo refrenetur sceleratissima ista
 militum petulantia & spoliandi libido, & disciplina militaris exactissime
 custodiatur & conservetur; quam in rem mirâ opus est severitate & gra-
 vitate, ita ut, quod fuit effectum Clearchi Lacedæmoniorum Ducis, identi-
 dem exercitus sui auribus inculcantis, à militibus Imperator potius, quam
 hostis metuatur. *Valer. Max. lib. 2. c. 2. in fin. Lips. Polit. l. 3. c. 13. n. 85.*
Reink. de R. S. & E. d. l. n. 12. quò strictissime & ad amissam usque ob-
 serventur ordinationes militares, & imprimis quoq; pabulatoriæ, quibus
 rectissime aspero quodam castigationis genere, & vel interminatâ ultimi
 supplicii pœnâ milites pabulatores, vel in alium præscriptum finem ex-
 currere iussu prohibentur, sive frumentum, sive pecora & animalcula, sive
 res quasvis alias mobiles possessoribus & dominis eripere, aliquid,
 quantumvis minimum sit, ab iis, sive blanditiis, sive violentis exactioni-
 bus extorquere, ullum aliquem lædere, aut quovis modò vexare: sive sit ex
 numero concivium, aut amicorum nostrorum, sive hostium, tributa no-
 stratis actu pendentium, aut cum quibus saltem de iis exsolvendis tra-
 ctatus jam habentur & peraguntur, aut qui aliàs in fidem jam recepti sunt,
die schon zu Gnaden angenommen seyn / quippe contra quos jam ipsa
 humanitas bellicum jus delevit, vid. *Excell. Da. P. æl. in Dissert. de recuper.
 bellic. lib. 14.* Laudari hanc in rem merentur providentissimo & iustissimo
 quodam zelo præscriptæ & sancitæ ordinationes, Suecica, Danica, Bri-
 tannica, imprimis Brandenburgica ea, quæ *d. 6. Aug. Ao. 1690.* Halæ pu-
 blicata invenitur, ubi in §. 1. ita: *Sollerslich überall / oder an allen Or-
 ten / absonderlich auch an den jentzen / woselbst fouragiret wird / nicht
 der geringste excess, insolentien noch desordre vorgehen / alle plackerey
 verhütet, und nichts als die nothwendige Fourage für die Subsistenz*

Der Cavallerie, und was sonst an Schwären im Felde sich finden wird/ genommen werden. *In* §. 2. wird hiemit alles ernstes verboten/ in die Kirchen oder Gotteshäuser zu gehen/ an die Wohnhäuser sich zuvergreiffen oder solche zu ruiniren/ noch in dieselbe hinein sich zu begeben/ es sey den durch *expresse ordre* von dem *commandirenden Officier*/ so bey der Convoy, die bey den *Fouragieren* ist/ sich befinden wird: Noch viel weniger soll sich jemand gelüsten lassen/ jemand der Einwohner was Standes oder Geschlechts er sey/ übel zu *tract. ren*/ noch viel weniger einige Pferde/ Kühe/ oder ander Viehe wegzunehmen/ solches zu beschädigen/ oder tod zuschießen/ alles bey Vermeidung unausbleiblicher Lebens Straff/ und sollen die *Commandirende Officier* von dergleichen und andern *excessen*, gleichfalls *responsabel* seyn. *Jung. Ejusd. Sereniss. & Potent. Elect. literæ l. Notification.* Schreiben an den *Magistrat* der Stadt Bruchsal/ wegen jert angezogener Ordnung/ *de dato 24. Aug. 1690.* im Haupt *Quartier* Esseringen. *ibi*: Daß außer der notwendigen *Fourage* kein Korn genommen/ *re item*, niemand sich gelüsten lassen solle/ das geringste an Viehe/ an Mobilien/ Eisenwerck/ Bley/ dergleichen in den Häusern zunehmen/ *re.* & potio dem *Magistrat* solches hiemit *notific. ren*/ und dabey vergönnen wollen/ alle und jede Wagen/ so den *Marquetentern* der *Armee* zukommen/ *visitiren*/ und das darauff angehoffene Getrende/ Mobilien und Viehe/ demselben abnehmen/ auch sonst von andern Wagen ihrer *Armee*, auff welchen dergleichen verboten Korn/ Mobilien oder Viehe vorhanden/ selbiges wegnehmen und *confisciren* lassen: *add. Dänische Artieuls. Brieff art. 56. ferè circ. fin. ibi*: Denen Bauern und andern Freunden oder Feinden/ so unter *Contribution* seyn/ oder mit welchen man darum handelt nichts mit Gewalt/ oder durch abgenöthigte/ Verehrungen abnehmen *re. art. 104. ibi*: Und soll ein jeder so in des Feindes Land auff Parthen aufreitet/ oder aufbluffet/ so wohl von den jentigen so unter *Contrib. sind*/ *re.* sich nicht allein mit Futter und Mahl zur Nothdurfft/ und was von den *Comissarien* für rechte Bente/ und daß es von den vergönneten Orten geholet/ erkannt werden kan/ begnügen lassen. *Plura hanc in rem congesta, vid. ap. Boeck. in schol. milit. mod. Class. 28.*

XXII,

Forma harum excursionum & actuum pabulatoriorum essentialis dependet à fine, ad quem hi actus diriguntur, & ex quo normari debent. *In se* etenim spectati tendunt ad pabuli regulariter pro equis aliisve animalibus militaribus sustentandis, acquisitionem & dispensationem: Unde quæ excursions, quive actus militares alium in finem, e. g. frumentationem, pervestigationem & perlustrationem locorum, provocationem, infestationem, aut invasionem hostium suscipiuntur integrâ specie à nostris differunt. *In Justitiâ suâ* a. considerati *pro fine principali*, eoque *summo* & ultimo habent publicam utilitatem, aut, quæ suprema in Republicâ lex esse jubetur, salutem populi: *Intermedio* verò singulorum defensionem & conservationem, tum ex personarum, tum cæterarum rerum tutelâ & incolumitate, exercituum nostrorum robore in statu turbulento omninò asserendâ, pendentem. *Pro minus principali* autem sustentationem & conservationem equorum aliorumve animalium militarium, quibus ad obtinendos illos fines *Resp.* indiget: quibus deficientibus securitas singulorum & universorum inclinare, sensim labi, & periclitari non parum incipit. Quæcunque itaque excursions & actiones pabulatoriæ extra istos fines illicitum in modum feruntur & evagantur, illæ omnimodò in suâ quoque justitiâ deficiunt, tanquam legitimæ suæ matris in toto suo esse Juridico degeneres admodum filiæ.

XXIII.

Accidentalis forma deducenda est ex præscriptis & imperiis militaribus, quæ modum & ordinem pabulandi, secundum temporis, loci, aliasve circumstantias strictissimè observandum definiunt. *vid. sup. d. 6. seq.* & determinare solent, (1.) ex quo militum ordine, quâve cohorte, (2.) quo numero, (3.) quo loco in castris & stationibus nostris colligi & convenire: (4.) quo ordine inde: (5.) ad quæ loca progredi: (6.) eis in locis, qui actu pabulari, (7.) quam pabuli speciem, (8.) quantum pabuli sumere & congregere: (9.) qui inexcubiis stare, & pabulantes tutari: (10.) qui transgressores legum pabulatoriarum coercere: (11.) quomodo punire: (12.) quo ordine aut quo modo retrogredi ad castra aut stationes suas debeant. Quas & singulas alias circumstantias, plenius cognoscere & addiscere licet, ex ipsis ordinationibus pabulatoriis, quæ hinc inde circumferuntur. *vid. Joham. Sebast. Grubens heutige Arteges Disciplin. p. 2. c. 6. seq.* Omnium plenissimi, & ex novissimâ in bello hoc nuperrimè composito ad Rhenum, & his in oris, stabilitâ observantiâ luculentissimi exempli loco verbotenus hîc inserere placuit sequentem ordinationem pabulatoriam.

Fouragier-Ordnung/wie solche von dem Herrn General-Lieutenant. Marggr. zu Baden Hoch-Fürstl. Durchl. begriffen und dero am Rhein unterhabenden Kaiserlichen und Ailirten Armee publicirt worden ist.

I.

Sie der Officier so die Fouragier bedecken soll / nachdem Er sich besohlene Massen der Nothdurfft nach postiret / einig von bey sich habenden Officirern / wann es anders die Distance und Zeit zuläßt / zu dem selbigen Tag über auf Commando stehenden Feldmarchal Lieutenant, zurücke zuschicken / und wie / auch wo er stehe zu berichten / die Ausführung aber der Fouragier soll.

2. Folgender Gestalt geschehen / nemlich von einem jeden Regiment zu Fuß und zu Pferde haben die Herren Obrist Wachtmeister und in deren Abwesenheit die älteste Capitains, dann von dem General Stab der Wagenmeister Lieutenant; und bey der Artillerie der Ober Officier und ein Wagenmeister / ein jeder seine Fouragier bis an den bestimmten Sammel-Platz dem Commandierenden Officier der Fouragier zu steffern und damit alles der Ordnung geschehe / so soll

3. Von einem jeden Regiment zu Pferde ein Rittmeister / zwey Cornette, dann von einer jeden Compagnie ein Corporal, und vom ganzen Regiment 10. Gemeine mitgehen / und über gesamte solche commandirt bey jedem Flügel der älteste Rittmeister das Commando führen / gleich von der Infanterie, von einer jeden Brigade ein Hauptmann (davon auch der ältere wie bey der Cavallerie geschieht / auf einem jeden Flügel commandiren soll) und dann von jedem Regiment ein Fähnrich zum fouragier Ritt beordert werden.

Bei dem General-Stab soll sich der Wagenmeister Lieutenant deme an die Hand zugehen ein Wachtmeister / ein Corporal und 20. Gemeine zugegeben werden / und dann bey der Artillerie ein Ober-Officier nebst einem Wagenmeister einfinden / deren gesammte Verrichtung darinn bestehet / daß sie

4. Auff ihre Fouragier fleißig acht / und selbige beyammen halten sollen damit auß der Bedeckung nicht vor oder aufgelauffen werde / sondern sein bey einander bleiben und anders nicht als Gras oder was sonst erlaubt worden / ist / fouragiren / noch in die Häuser / Scheuren / Weinz oder Obstgärten einbrechen oder sonst auff einigerley weise wie es immer Nahmen haben mag dem Landmann Schaden zusfügen. Wie nun dieses alles zu des Soldaten besten / und Sicherheit auch des Landmanns conservatio angesehen / also hat

5. Der commandirende Officier der Fouragier darob zuhalten / daß die Fouragier von denen Regimentern in Gliedern samt ihrem Gewehr / wann es nicht anders befohlen wird / die von dem Stab und Artillerie aber sonst in guter Ordnung anfbrechen / und an Ort und Ende wo zu fouragiren anbefohlen worden / folgen mögen: Nach welcher Observanz dann unnöthig seyn wird / wie bishero geschehen / gleich anfangs auß dem Lager bis an den Fouragier Ort zu jagen und dadurch die Pferde muthwilliger weise zu ruiniren welches den Krafft dieses

6. Artikuls so wohl / als wann einer auß der Bedeckung betreten wird / bey Leib und Lebens-Straff verboten seyn soll.

7. Hat die völlige Infanterie den Tag als man fouragiret/ nebst dem General-Stub/ und Artillerie vor dem Corps de Bataille sich zu versammeln.

8. Die völlige Cavallerie, der Regimenten gleichfalls jedes Flügels Fouragierer bey seiner rechten oder linken Flügel wo das Regiment stehet sich einzufinden. Hingegen

9. Die Guardes/ Carabiners und Granadiers zu Pferd/ kumalen sie gemeynlich außser denen Linien stehen sollen sich bey ihrem nächstem linken oder rechten Flügel stellen.

10. Die Granadiers aber zu Fuß haben mit der Infanterie bey dem Corpo de Bataille zu bleiben.

11. Soll in fouragiren jedesmahl abgewechselt werden/ und wann den ersten Tag der rechte Flügel fürgehet/ den andern der General-Stub/ und Artillerie mit der Infanterie/ und den dritten der linke Flügel/ und also alternative ein am den andern Tag.

12. Die Officierer so von dem Staabe Artillerie oder Regimentern mit den Fouragirern ausgehen/ müssen so lange bleiben bis alle ihre Fouragierer auffgeladen/ mit welchen der Corporal voraus in das Lager gehen/ die Ober-Officierer aber mit denen Commandirten bis auff die letzte verbleiben sollen.

13. Haben die Corporals bey den Compagnien die außgehende Gemeine und Bediente zu specificiren auch wann sie zurücke kommen zu sehen ob Niemand ermangele/ und wann sie einen Abgang finden/ daß etwan einer oder der ander gefangen/ desertirt oder über der Zeit außgeblieben/ solches also gleich dem Obrist-Wachmeister/ dieser aber dem Commandanten zu hinterbringen/ welcher es ohne Anstand/ so balde immer möglich dem commandirenden Feld-Marchal Lieuten. anzudeuten haben wird/ damit aber vonder Generalität/ oder dem Staabe niemand mit der Unwissenheit sich entschuldigen könne als werden.

14. Die Stallmeister und des kleinen Stabsbediente/ oder Knechte bey außscheidung der Parole bey dem General-Wagenmeister sich angeben und vernehmen was wegen der Fouragierung anbefohlen worden.

15. Seyn männiglich wissend daß täglich zwey Profosen mit commandirten außgehen werden/ umb die überretter obangezogener Puncten/ sie seyn von mit dem General-Lieuten. oder andern Hoch und Niedrig Generalen, oder Officierer an Leib und Leben exemplarisch abzustraffen/ gestalt dann.

16. Denen Profosen aller Ernst bey Leib und Lebensstraff anbefohlen wird/ wenn sie auff dem fouragiren außser oberwehäter Ordnung wieder Verbot betreten/ unangesehen des Herren oder Dieners/ Angesicht an Ort und Ende auffhängen/ das Pferd aber nicht von sich geben sollen/ bis ihnen dafür von dessen Eigenthumb 15. fl. bezahlet worden/ wo von Ihnen Profosen 9. fl. und denen Commandirten 6 fl. hiemit zugesprochen werden/ welche sich aber auff teuren Dienst-Pferde sondern bloß auff der Officierer Pferde zu verstehen hat/ und die Dienst-Pferde nach dem die Knechte oder Knechte vermöge dieser Fouragiers Ordnung abgestraffet worden/ dem Regiment/ Artillerie oder Proviants-Aemptern also gleich außzulieffern seyn werden/ wie sie dann.

17. Bey angelegter Straffe/ damit sich keiner zubeschweren habe/ auch gegen des Hn. Gen. Lieuten. Knechte und Knechte/ welche Sey Durchl. disfalls nichts

ander

anders als die übrigen angesehen und tractiret haben, will/ verfahren sollen/ als welche zu Erlegung der Dinsten Pferdstraffe auff überetenden fall sich teines weges erimiren wollen/ sondern zu solcher sich selbstem offerirn thun.

Wornach sich dann jedermänniglich zurichten/ und für Unheil und Schaden um so mehr zu hüten wissen wird/ weil gegen den delinquenten wie erwöhnet kein regard gemacht/ sondern nach allen rigor, ohne limitation, verfahren/ und dieser Fouragier-Ordnung nachgelebet werden solt. vid. Joh. Sebast. Grubens Majors, heutige Kriegs. Disciplin. part. 2. cap. XVI, XVII. & seqq, edita 1697 Augusti Vindeli.

XXIV

Effectus harum excursionum & pabulationum considerari potest, vel ex parte eas permittentium & exercentium, vel ex parte eorum, qui illud incommodum & onus sustinere & pati tenentur. Operantur enim & inducunt tales pabulationes, (1.) ex respectu quidem eas facientium, pabuli acquisitionem, & inde conlectariam pro indigentia exercitus liberior remeius dispensationem ac distributionem. Scil. quicquid pabuli mediantibus pabulationibus imperatis & permissis ex terris sive nostratium, sive hostium, adducitur, directè non cedit militibus pabulatoribus, sed potius ei, cujus auspicio aut ductu bellum geritur. Hujus enim illi instrumenta sunt, & executores mandatorum, in ministerio publico versantes, dum pabularum emittuntur, ad conquirendum pro exercitu pabulum, ut propterea, cum jure & nomine sui superioris, hoc mandato & in hunc finem, ut exercitui, non sibi, pabulicopiam conquirant, excurrant, non possint nisi superiori illud comparare, arg. l. 53. ff. de A.R. D. l. 1. §. 20. l. 19. ff. de acq. & amitt. posses. Grot. de J. B. & P. l. 3 c. 6. seq. rectè asserens, & naturaliter hominem alterius hominis instrumentum esse posse, ab eo, aut ejus locum tenente inter singulos distribuendum. Quod si autem mediantibus excursionibus injustis aut prohibitis ex nostrorum aut amicorum quidem prædiis collectum pabulum ad stationes nostras supportaverint, arbitramur, eos tunc directò nec superiori acquirere ob defectum mandati, & repugnantem superioris voluntatem, nec sibi ipsis, ob adherens ex prohibito & illicito illo actu furtivitatis & deprædationis vitium, quo tamen ex postfacto purgato, quod fieri censendum est, quando superior, aut qui ejus loco est cum imperio militari, vel saltem connivendo permittit, ut in alimoniam sive pecorum suorum sive comilitonum quicquid pabuli ad eum modum per lasciviam & petulantiam militarem subductum est, impendant & consumant, videtur convalescere, quod ratione initii sui planè consistere non poterat, & ex eo, quoad usum publicum perinde haberi debet, ac si per imperatas excursiones in castra aliasve stationes fuisset comportatum. Publicâ etenim & inevitabili necess-

necessitate efflagitante, in effectu quid interest, an quid factio ipso, consumptione & conversione in eam utilitatem, non renuente & non impro-
bante Imp. an imperio & mandato superioris prævio in commune con-
feratur & publici juris fiat? maximè cum idem illud quod privato ausu
anticipatum nunc tamen in imperatas trahendam fuisset pabulationes,
toties imperandas & exercendas, quoties pro sustentandis equis milita-
ribus ipsa necessitas eas indicit & injungit. Si quid verò pabuli privatis
illis & injussis excursionibus milites nostri sibi pro alendis suis pecori-
bus *ex terris hostium* attulerunt, id iis directè acquiri verius reputamus *l. s.*
§. ult. l. 51. §. 1 ff. de A. R. D. Grot. de J. B. & P. l. 3. c. 6. §. 12. Vina.
ad §. 17. I. d. R. D. manente tamen immorigeros istos & contra prohibi-
tionem excurrentes pœnâ, legibus militaribus definitâ: cum & hæc
pars belli sit, designare, quinam hosti nocere & detrahere debeant,
& quousque. Pufendorff. *de J. N. & G. l. 8. cap. 6. §. 21.* excursio-
nes imperare, vetare, & contra facientes ad pro meritam pœnam trahere.
Ordin. milit. Danic. *art. 115.* & Britannica *artic. 14.* qualis prohibitio
tamen & pœnæ in transgressores definitio & executio acquirendi
facultatem in tali re non impedit. *arg. l. 13. §. ult. ff. de injur. §. 12.*
J. de R. D. uti nec efficere valet ut natura rei alteretur, aut quæ hostilis,
aut aliàs nullius est desinat esse talis, Vinn. *ad §. 2. l. de R. D. n. 3. & ibid.*
Consult. Dn. Hoppius, Patronus meus dum Gedani viverem Optimus,
Dn. Textor. *in synops. J. N. & Gent. c. 8. n. 18.* Strauch. *Dissert. 6. th. 24.*
illustr. Dn. Kulpis, *in dissert. de privatis in hostem excursionibus, c. 3. th. 17.*
ita tamen, ut si eorum jumenta eo omnino indigeant, id quod superest,
in commune aliorum commodum cedat, inter eos pro re nata distri-
buendum: tum argumento eorum, quæ docet Dn. Kulp. *d. l. in fin.* ubi, quod
hoc fieri possit ut militi, qui contra prohibitionem prædam cepit, ea ite-
rum auferatur, sicuti jure militari Tugurino factum est, quo præter pœ-
nam, præda sic capta ad sustentationem pauperum militum destinari so-
let: tum quod non tantum hæc noviter ita ipsis acquisitæ, & ex bellicâ præ-
dâ superstites, sed & cæteræ eorum res, urgente illa utilitate & necessitate
publicâ, eminentiori isti facultati de rebus suorum civium & subjectorum
dispensandi, quæ Majestati competit, sine dubio subjaceant. vid. *supr. th. 11.*

XXV.

II. Ratione quidem patientium, inducunt dominii & juris
quod possessoribus competiit privationem & amissionem.
Quæ contingere videtur *vel per modum quendam traditionis, utiq; fictæ,*

in

in eo, qui, agens illa obligatione, qua quisque bonus civis in causa publica utilitatis & necessitatis admodum urgentis obstrictum se Reipubl. sentit, eo iatuitu privato suo dominio lubenter cedere, aut saltem non plane invitum pati, ut possessionibus suis pro salute publica detrahatur, sciens aut praesumens ex pascuis aliisque locis suis pabulatores milites pabula in usum istum publicum nunc reportaturos esse, animose patitur aut permittit, ea in fundis suis refecari, sibi que auferri, & ita quasi longae manus traditione a se abdicare & abalienare videtur. *arg. l. 37. ff. ad Sct. Treb. l. 2. C. de acq. poss. junct. l. 79. ff. de solut. vid. B. Dn. D. Frommann. Disp. de quasi tradit. th. 38. vel per modum quendam privationis alicujus legalis, in eo qui posthabita ea obligatione, rigori domini & juris sui privati strictius insistens, nihil ex fortunis suis in usum publici boni adhibere desiderat, sed quo plane invito, & in totum reluctante, ea extorquentur, quod fieri posse nullum est dubium. vid. Conring. de Domin. Emin. th. 34. Clak. in Pol. l. 3. c. 10. th. 3 in notis, qui ex suprema illa in Reipubl. lege, tranquillitatem & salutem publicam unice intendente & custodiente, & ob id subordinatam sibi legem inferiorem, cuique privato dominium & jus suum asserentem, & propugnantem, facile exsuperante, jure suo exuitur, & sublimiori illi facultati & liberiori dispositioni in totum subicitur Clak. d. l. Idq; firmiori adhuc & concludentiori fundamento, ac eo, quo etiam utimur, in ea, quae in materia usucapionis accidit, collisione legum, superioris nempe, ad bonum publicum respicientis, & inferioris, suum cuique sine facto ejus intactum relinqui volentis, ubi non minus & haec cedere debet illi, quae etiam invitis & ignorantibus dominis suum adimit, & alii adjicit, l. 1. & l. 3. ff. de usucap. pr. l. eod. & ibid. DD. B. Dn. Frommann. Disp. de domin. acquis. th. 56.*

XXVI.

Sequitur exinde, hic longe aliter se rem habere, ac in casibus, ubi per milites nostros nobis invitis aliquid ex rebus nostris illicitè eripitur, tunc enim, quia in furtum & rapinam illud factum incidit. *l. 14. §. 1. ff. de furt. l. 5. ff. de A. & A. P.* quo quidem in possessione turbamur, jure verò quod in re nobis competit, nullatenus privamur, ereptum directam rei vindicatione a quocunq; possessore repetendi jus nobis competit. *§. ult. l. de obl. qua ex delict. l. 12. §. 13. C. de furt. l. 54. §. 3. ff. eod. sapius laud. Diss. de recup. bell. th. 14.* ita ut etiam regulariter, non refuso emptoribus & id genus aliis, etiam bonae fidei possessoribus, pretio, restitui debeat. *l. 2. C. de furt. Steph. Nathen. in tr. de justitia vulnerat. tit. 2. c. 14. d. Dissert. th. 15.* Qualis pabula per licitas istiusmodi pabulationes subtrahenda directò vindicandi facultas hic ob extinctum jam

F

domi-

dominium cessat, arg. l. 23. princ. & §. seqq. ff. de R. V. l. 6. ff. eod. §. 26. Inst. de R. D. B. Dn. Frommann. de differ. act. real. & person. quæ constituend. thes. 3. Quod si verò, ex improvise foris aut inopinato quodam casu, exercitus noster, relicto noviter comportati in usum publicum pabuli cumulo, repente castra movere cogatur, anne tunc ab eo, qui ea, tanquam pro derelicto habita sibi appropriare tanquam primus inveniens & occupans intendit, illi, ex quorum prædiis pabula illa, ablata & congesta esse certò constat, ista sibi sive directà, sive utili quadam actione, vindicare queant, quæstio est discussione non indigna? Et ut breviter determinemus, æquius omninò esse censemus, ut potius dominis suis retrocedat & restitatur, quicquid ex eo superest, quam ut jure earum rerum, quæ pro derelictis habentur, primo occupanti acquirantur. Neque aliam in finem talia dominis suis fuerunt etepta, quam ut inde publicæ utilitati & necessitati consulatur, quæ vel in totum cessante, vel in aliquâ sui parte deficiente, aut non amplius quadrante, meritò cessabit aut non amplius ita quadrabit aut obtinebit, quod cum in finem statutum & usurpatum fuit: & proinde quæ ita occupata fuere, salva adhuc in priorem statum reponi, & domino restitui ipsa æquitas efflagitat, per rationes quas congestit Braudtl. d. Consult. 6. n. 49. sqq. Imò ut hoc fiat Reipubl. utilius evadet, quò magis illa deinde sublevetur, in necessitate satisfaciendi & resarciendi, quod mediantibus pabulationibus datum est damni, pro eâ parte, quæ ita est recuperata: quæ alias vel illis saltem cederet, qui ex alienâ jactura merum lucrum captare videntur; Potior autem ubi vis in Legibus nostris ejus habetur ratio, qui de damno vitando certat, quam qui lucrum sectatur. l. 11. §. 6. ff. de minor. l. fin. §. 6. C. de jure delib. l. 7. ff. de jur. & fact. ignor. Mev. p. 1. decis. 173. n. 2. Quod verò ad juris remedium aut genus actionis attinet, quæ detinens talia & restitutionem detrectans ad eam compelli possit, illud designare non adeò erit in præclivi. Analogiæ juris prorsus adversam sententiam dicere non possum⁹, si quis statueret, directam rei vind. concedendam esse sibi ex cumulo pabulorum relicto repetenti, virtute cujusdam reditus domini legalis, qui hic induci videtur superiori eadem in Republicâ lege, quæ uti ex prævalentiori boni publici ratione privato suum adimit aut saltem ejus dominium obdormire facit, ita & hoc in similibus se complecti videtur, ut cessante urgentiori eâ ratione reviviscat illud jus, quod hactenus confopitum erat aut extinctum, eodemque modo reponatur, quo erat ablatum: quæ est generationis & corruptionis, constitutionis & destructionis, à pari communiter procedentis, ad æquata natura, uti alibi in jure l. 35.

L. 9.

l. 100. ff. de R. I. ita & in specie in eâ reditus domini legalis materiâ. Excellent. Dn. Præf. in Diss. de Redit. Domin. leg. 1. th. 25 idq; hoc magis, quia supereminens hoc jus, quod jura privatorum hactenus absorbet, aut tacere jubet, ejus est naturæ, ut saltem ad certum terminum & eventum durantis istius necessitatis publicæ operari queat, deinceps & ipsum quasi obdormiscat, vitamque & vigorem pristinum juri privatorum sponte suâ redonet. Quæcunque autem negotia à legibus sive moribus infirmitatem & tacitam in se habent conditionem resolutivam, ea istiusmodi legalem reditum facile admittunt & secumvehunt. *mod. cit. Diss. th. 24. seqq.* Multo minus à ratione juris alienum exclamare possumus illius judicium, cui placeret *utilem* rei vindicationem, hic concedere, neque n. insolens aut novum est in jure talem actionem iis accommodari: qui rem suam sine facto amiserunt, ita ut si non rem ipsam, saltem pretium consequantur, uti comodo succurritur domino tabulæ, quæ picturæ cessit, adversus eum, qui eam pinxit & possidet. §. 34. *Instit. de R. D. B. Dn. Frommann. de act. nativ. & dat. th. 40.* domino arboris, quæ facta alterius in alienum agrum translata ibidem jura coaluit, l. 5. §. 3. ff. de R. V. vid. tamen l. 9. §. 2. ff. de damn. infest. non minus & domino gemmæ alieno annulo inclusa. l. 6. ff. ad exhib. & purpuræ alieno vestimento intextæ, reique quæ alii juncta accessionis loco ei cedit. l. 23 §. 5. ff. de R. V. vid. Vian. ad §. 26. l. d. R. D. n. 4. ubi quod locum habeat in omnibus, quæ per adjunctionem rebus nostris accessorii loco cedunt, & ad §. 34. *cod. n. 3.* ubi generalius adhuc, quod omnibus, qui rem suam sine facto suo amittunt actione aliquâ succurratur, ad minimum, ut pretiû consequantur: quomodo etiam in casu fermentationis, ubi nec actio ad exhibendum, nec in rem locum invenit, illa æquitatis ratio hoc effecit, ut in factum tamen actio parata sit, d. l. 25. §. 5. ff. de R. V. Quemlibet hæc in re suo abundare sensu, & sive hujus, sive illius, actionis competentiam propugnare velit, facile patimur, cum generalitèr quoad effectum non adeò referat, directâ, an utili actione quis agat, vel conveniatur, cum utraque actio ejusdem potestatis sit, eundemque effectum habeat, uti loquitur J Ctus in l. 47. ff. de N. G. vid. tamen Gædd. ad l. 34. ff. de V. S. n. 10. seq. ubi, quod, quamvis quoad effectum (genericum) non, quâ causam tamen & mediâ concludendi adhuc differant. Hoc tamen certum est, quod, commixtione pabulorum in cumulum istum congestorum factâ & pluribus quidem hanc in rem concurrentibus, aut ex his uno vel altero pro sua parte separatim agente, cum ferè impossibile sit, ut, quisq; designare possit quodnâ in specie pabulum ad ipsum pertineat, aut quod suum sit, quod

tamen rei vindicationis natura exigit. *l. 6. ff. de R. V.* id nihil impedit exitum hujus judicii. Sufficit enim in hujus generis rebus fungibilibus certam pabuli quantitatem certo isto in loco atque acervo contentam & circumscriptam designasse, tunc n. officio judicis continetur pro ratâ quantitatis aut qualitatis arbitrari, quid cuique restitui debeat, §. 28. *l. de R. D. l. 3. §. fin. l. 4. princ. ff. de R. V.* Vinn. & Harpprecht. *ad d. §. 28.* ita ut quamvis talium rerum commixtio, sive casu, sive à tertio facta communionem propriè non inducat *arg. l. 1. ff. commun. divid. §. 28.* Spectab. h. t. Decan. Dn. D. Majer, *in Comment. ibid. vi,* & effectu tamen non alia hîc judicis sententia fit & restitutio, quam si acervus iste verè communis esset. *d. l. 3. §. fin. ff. de R. V.* Vinn. *d. l. in fin. B, Dn. Lauterb, disp. de separat. c. 4. §. 4.* Quod si v. fortean ex ratione loci longius distiti, laborum & impensarum exinde faciendarum, pabuli æstimationem fortè vel excedentium vel exæquantium, & conditione pabuli admodum depretiati, aut magnam partem corrupti, aliave qualibet ratione, illi quibus erepta sunt, recipere negligent, earumque jacturam generoso quodam animo vel in belli calamitates imputare, vel aliunde speratâ compensatione spernere malint, tunc non videtur ambigendum esse, quin qui primus ea ita derelicta invenit, & animo sibi habendi occupat, ea tanquam pro derelictis habita sibi acquirere valeat. *per §. 46. J. R. D. §. l. 1. & seqq. ff. pro de relict.* Et cum hodiè, proh dolor! in bello seculi mores non ubivis cum ratione juris satis conveniant, arbitramur, ob varias, quæ hîc intervenire possunt diligentissimè pensandas circumstantias, discreti judicis arbitrio hâc in re plurimum tribuendum esse, cui non minus in hoc, ac in aliis similibus casibus, certam in jure definitionem non habentibus, omninò incumbit, severitati interdum aliquid detrahere, & æquitate servatâ semper in humaniorem partem declinare, secundum quod personas, & causas, loca, & tempora postulare viderit: quod est prudentissimum monitum Pontificis *in l. fin. §. de transaction.* vid. Dn. D. Frommann. *in Disp. de norm. arbitr. jud. tb. 76.* ubi pluribus firmat, quod uti bono melius, ita & justo justius, æquo æquius, & humano humanius detur, & propterea judex, inter duos gradus quantitate differentes, justitiæ, æquitatis, humanitatis, officii & rectæ rationis constitutus, eligere debeat comparativum, id scil. quod æquius, quodque magis expediat, aut etiam quod partibus minus onerosum: quod cum sequi oporteat.

XXVII.

Tendant quoque III. hæ excursionses & pabulationes in prægravatis
ius procedi on pabulæ compensationem damni illis ultra modum ita dati. A-
 quissi-

quissimum n. est, ut quod dominium eminent in usus publicos convertit, ex publico, vel omnium civium contributione, resarciatur. *arg. l. 1. §. 2. ff. ad L. Rhod. de jact. l. 2. C. pro quibus caus. sero. pro prem. libert. l. 12. C. de oper. publ. l. 19. §. 1. commun. prad.* quod ipsam naturalem rationem, & salutem Reipubl. publicam requirere, ne ex inaequalitate, & summâ iniquitate, odia, discordia, querelae non injustae, rixae ac turbae inter cives oriantur, ac inde Respubl. graviter laedatur, recte monet B. Lauterb. *de acquit. §. extens. L. Rhod. th. 19.* ubi operose rationibus in utramque partem adductis rectissime pro hac conclusione pugnat. Cui etiam subscribunt Grot. *de l. B. & P. libr. 3. c. 20. §. 7.* Pufendorff. *de J. N. & G. t. 8. c. 5. §. 7.* Ziegl. *de Jur. Majest. l. 1. c. 4. §. 14.* Ahasv. Fritsch. *de transit. militar. c. 12. num. 2. 3. & 4.* Modestini. *Pistor. vol. 1. consil. 16. per tot. Graev. pract. concl. l. 2. concl. 56. consider. 3.* Excellentiss. Dn. D. Harpprecht. *Disp. de immunit. à collect. convention. §. 44. & sexenti aliis, vid. apud Gabriel. comm. conclus. l. 3. de jure quæsito non tollend. conclus. 2. n. 25.* Harpprecht. *ad pr. Inst. R. D. n. 154.* Et quamvis ex communi fere experientia fateri debeamus, huic juris sanctitati inulti seculi mores valde repugnare, uti ex Pufendorff. *l. 8. c. 2. §. 3.* querelam eam ducit Excellentiss. Dn. Praeses in *Dissert. de recuper. bellicâ thes. 9. in fin. add. Braudtlach. saepe cit. consil. 6. in fin.* ubi, quod Pruckmanni, tanquam contra illud jus disputantis, aliorumque aulicorum & Pseudo-Politicorum opinio, tanquam principibus grata, multum in praxi observetur, atque in hac & similibus materiis praxi cum Theoria non conveniat, unde etiam: *Conting. de Domin. Emin. th. 32.* asserere non dubitat, quod ea, quæ pro confirmandâ remunerationis civium in dominio eminenti necessitate à quibusdam suggeri soleant, re ipsa præter speciem veritatis & umbram nihil contineant. confer. Nicol. Bets. *de pact. famil. illustr. pag. 315.* B. Dn. Cancell. Osiand. *in notis ad Grot. l. 2. c. 14. th. 2.* tantum tamen abest, ut, quod notari isti mores effertius habent, apud moratioribus nostros principes aliosque rectiori viâ incedentes suffragium sibi emendicari valuerit, ut potius talem consuetudinem diabolicam dixerit Marth. de Afflict. *in Consuetud. Neapolit. quest. 3. n. 12.* Brunnem. *ad L. 19. §. 1. ff. commun. pradior. & infinita exempla maximè in imperio nostro R. G. testentur, Principes nostros usque quaque omnem curam intendisse, ut satisfiat ad eum modum, & damnum boni publici causa illatum prægravatis resarciatur, idq; vel refusione pretii ex arario publico, cui hac ratione subventum est, post plures alios Dn. D. Harppr. d. *Dissert. th. 44. Bürger, in observ. singul. cens. 1. obs. 20. n. 41. Ziegler. d. 1. utique in quan-**

cum ei possibile, aut quatenus ei præstationi par est; ad impossibilia n. uti privatus non, ita multo minus Princeps aut civitas necessitati & utilitati publicæ inserviens tenebitur. B. Dn. Osiand. d. l. in fin. Clasen. in Polit. l. 2. c. 10. §. 9. & si eâ aliâve ratione resarciri nullatenus queat, tum omninò patienter pars quæque ferat, quod mutari nequit, ob reliqui corporis salutem. Clasen. d. l. in fin. Bets. d. l. quamvis, quodocunque copia iterum suppetit, exserat sese illa quasi sopita hætenus obligatio. Grot. de J. B. & P. l. 3. c. 20. §. 7. num. 2. in fin. Bürger. d. l. vel omnium ceterorum contributione, qui sunt de illâ civitate, præfecturâ, provincia, regno, aut imperio, pro ratâ scil. & quotâ singulorum eorum. Rol. à Valle, l. 3. consil. 1. num. 62. seqq. & 195. / 99. Sürd. conf. 289. seq. Perez, ad tit. C. de Salg. hosp. non præb. n. ult. Klock. de Contribut. c. 17. n. 273. B. Dn. Lauterbach. d. dissert. 8. 18. n. 19. seq. Fritsch. d. l. c. 12. §. 4. aut remissione & exoneratione à communibus collectis, similibusq; oneribus aliis ex aliâ causâ imponendis. Fritsch. d. l. §. 2. detracto tamen aut insimul computato eo, quod qui damnum passus est pro rata pati, aut contribuere, alias debuisset. Grot. d. l. Ziegler. d. l. §. 17. Græv. d. l. in fin. Et ita in iudicis curiisque supremis toties quoties iudicatum fuisse DD. attestantur Rol. à Valle: l. 2. Conf. 69. & libr. 3. consil. 17. Sand. in Decis. Fris. l. 5. tit. 37. d. l. Dn. D. Lauterbach. d. l. n. 16. seq. Fritsch. d. l. §. 4. n. 19. ubi quod sciat superioribus annis ita in praxi observatum fuisse. Limitationes tamen vide ap. eund. d. l. n. 20. seq. Græv. d. l. n. 2. Dn. Rhet. de absolut. Princip. potestat. c. 3. §. ultim. & idem quoque in specie in præsentî materia *commeatus & pabuli*. sive ab hoc, vel illo subditorum militibus pro rei exigentiâ particulariter exhibiti & præstiti. sive à militibus per *pabulatorias excursions*, & actuales pabulationes ablati vel hodiernum, non tantum *juris*, sed & *moris esse ususq;* probatissimi extra omnne dubium est, per tot salutare ab Imper. Electoribus & Principibus nostris vel novissime promulgatas ordinationes, sancita & rescripta, indemnes servari eos, qui nimum ita prægravati sunt, providentia & disponentia, partim etiam in effectum actu deducta. vid. Brandenburg. Edict. zu Cölln an der Spree / de dato den 4. Nov. Ao. 1670. Ibi: auch einig Graß im Sommer/und Rauchfutter im Winter/à 1. Pf. Stroh/und 3. Pf Heu/ denen Reutern gegeben werden müssen, welches denjenigen so es gegeben/ *ex publico* wiederumb erstattet/ und das jedesmahl die Rechnung davon eingesandt werden soll. Item, die von Schwäbischen Creyßes mit dem Kayserl. Krieges. Commissariat, Ao. 1639. verglichene/ mit dem Kayserlichen Handreichen / in Ao. 1690. authorisirte Krieges und Verpfe-

pflegungs Ordinance in §. 6. ubi ita: Schwäbische Creyß will *ad interim*,
 auff 4. Wochen zur Verpflegung/ der den Fränckischen Creyße angewie-
 senen Kayserlichen Regimentern die benötigte Provision anschaffen:
 Kayserliche Majestät hergegen den Fränckischen Kraise/ anmahnen und
 anweisen / daß von dem Schwäbischen Creyße / *interim* hergebende ent-
 weder *in natura*, als ein vorteilendes *in eadem quantitate & qualitate*,
 wie es der Schwäbische Creyß hergeben wird/ nach Heilbron/ auff sei-
 nen Kosten liefern / oder den wahren wehr/ nebst Unkosten und Fuhr-
 lohn mit bahrem Gelde ersetzen: & in §. 13. in fin. ibi: Wegen der dem
 Sommer durch / so wohl von denen Kayserlichen / auch andern Regi-
 mentern einigen Creyß-Ständen zugefügten grossen Schaden /
 aber anderwärtige *satisfaction* allergnädigst verschaffen. Huc etiam facis
Recessus Imperii, de Ao. 1641. §. 26. ibi: Daß denen also bestimten Creyßen/
 von denen andern/ so dergleichen Beschwerde nicht tragen/ eine erflekti-
 che Venhülffe geschehen und wiederfahren soll. Et quæ hanc in rem in
 novissimo hoc bello Gallico, annis abhinc proximis, quo æquius & cle-
 mentius, eo laudabilius, imò omnium laudatissime per aliquot edicta pro-
 mulgari, & in actum deduci fecit Serenissimus noster Dux Wirtemberg,
 Eberhardus Ludovicus, vid. Fürstlich Gn. Aufschreiben / an Stadt und
 Ambr. Tübingen / de dato 29. Nov. 1693. ibi: als sind Wir gemüßiget tringen-
 der Noth halben/ neben andern ergriffenen *mediis*, insonderheit auch die
Ordinair Anlaage diesesmal ebenmäßig/ jedoch nach deren/ bey denen ver-
 brandten/ gepländerten und *fouragierten* Aemtern vorgenommene-
 ner billigmäßiger *moderation* umbzuschlagen. Item, ein ander Fürstlich
 Aufschreiben / de dato den 13. Nov. 1697. ibi: hingegen aber nach wieder
 vorgenommener *Revision* des gewöhnlichen Steurfusses und Gnädigster
moderation, der durch den Brand annoch *in damno permanente* stehender/
 aber in disjähriger *Fouragier*, und *Canonirung* allzu hart mitgenomme-
 ner *Darier*/re. Et possent, si opus esset plura adhuc ejusdem tenoris Ducalia
Rescripta in medium produci, quæ omnia compensationis ejusmodi *praxim*
modernam fortissime adstruunt.

XXVIII.

IV. Inferunt & concedunt in casu, ubi & quatenus ex publico aut à com-
 munitate obrineri non potest *damni dati pensatio*, facultatem petendi *re-*
missionem prestationis alicujus, ad quam *privatus privato ex certo aliquo*
negotio exsolvendam tenebatur. Hoc nomine *Conductor* à locatore petere
 potest *exonerationem mercedis* in eo casu, quando ex *pasemis conductis*
 pabu-

pabula, vel omnia, vel maximum partem, ei per pabulatorum incursum, & actu exercitas pabulationes erepta sunt, aut perdita: tum n. quia haecenus i- tolerabile damnum sentit, istam exonerationem & remissionem mercedis arbitrio iudicis, vel in totum, vel pro parte faciendam, petendi haec iusta causa est l. 15. §. 2. ibi. omnem vim, cui resisti non potest, dominum colono prestare debet ait: utpote fluminum, graculorum, sturnorum, aut si quid simile acciderit, aut incursum hostium fiat. ff. loc. cond. l. 25. §. 6. ibi: Vis major non debet conductori damnosa esse, si plus quam tolerabile est, laesunt fructus, l. 8. C. eod. o. propter sterilitatem, §. 2. de loc. cond. Secus itaque si modicam saltem iacturam in aliquâ pabulorum parte per pabulationes istas passus fuerit, hoc enim conductor aequo animo ferre iubetur in d. l. 25. §. 6. ff. eod. ibi: alioqui modicum damnum aequo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non aufertur. ff. loc. cond. vid. latius haec prosequens Struv. S. J. C. Exerc. 24. & 26. Gail. 2. obs. 23. n. 1. seq. Frantzk. ad tit. loc. cond. n. 69. seq. B. Dn. Lauterb. in tract. synopt. §. 2. n. 8. seq. & quos ibidem citantur, ad quos brevitatis causa nos remittimus. Si vero pabulatores ex horreis aut domibus pabula ea abstulerint, dubium non est, quin tum illud damnum solus conductor, sine aliqua à locator esperandâ remissione sustinere teneatur arg. l. 9. C. de pignor. Alv. Valasc. de jur. Emphit. qu. 27. n. 50. ubi quoque in specie quod damnum datum in foeno jam condito in foenili, aut aliis necessariis ad culturam non inducat remissionem, idque hoc magis, cum & nuda perceptio, quæ est in sola fructuum à conductore factâ separatione à fundo haecenus sufficiat, ut conductor fructuum dominus fiat. l. 26. §. 1. ff. de furt. consequenter & periculum ad eum spectare rectè dicatur, d. l. 9. quæ est omnino de iure verior sententia. Lug. de Just. & Jur. Disp. 29. §. 2. num. 48. B. Dn. Lauterbach. d. l. n. 13. quam & communem dicit Valasc. d. l. 9. 27. num. 51. Quod quidem alii negant; qui sola fructuum à conductore factâ separationem à fundo non contenti sunt, ut eâ simpliciter factâ, conductor protinus spe obtinendi à locator remissionem in mercede excidat, quod fieri negant quamdiu fructus nondum sunt perfecte separati; Dicunt autem perfecte perceptos & separatos fructus, non eos, qui separati in agris adhuc jacent, sed eos qui collecti & in horrea jam congesti sunt. Brunnem. ad l. 15. §. 2. ff. loc. cond. n. 8. & ad l. 13. ff. quibus mod. usufr. amitt. Hahn. ad Wesenb. ff. loc. cond. n. 16. ferè in med. Carpz. p. 2. c. 37. def. 20. n. 9. Richt. p. 2. decis. 81. n. 25. Alii ne quidem in ista in horreis factâ recollectione acquiescunt, sed ulterius quoque triturationem fructuum, & trituratorum illationem in granaria requirunt, ad hunc effectum

Etiam ut petitam à conductore remissionem locator justè denegare queas
 Moz. de contract. tit. de loc. & cond. rubr. de accident. loc. n. 35. ubi dicitur
 videri istam opinionem veriore, & tenere in praxi, ex Fulgos. & Carot.
 Richte, d. l. n. 6. ubi præjudicium affert, Grav. 2. conclus. 14. consid. 2. n. 36
 Frantzk. ad tit. loc. cond. n. 130. Valasc. d. l. quod crebrius receptum esse di-
 cit, Goswin. ab Esbach. ad Carpz. d. defin. 30. Praxin tamen huic sententiæ
 contrariam per præjudicium ex Carpzov. d. l. adductum, quo statumatur
 fructus perceptos etiam nondum excussos periculo solius conductoris esse,
 ita ut locator ad remissionem mercedis non teneatur, & argum. ex text.
 Der Fürstl Würtemb. Zehend. Ordn. c. 4. 5. Wann Wir aber. ibi: weiter
 Schadloshaltung den Beständern nicht versprechen / dann allein so die
 siebe Frucht durch Hagelwetter / oder Feuerbrunst / auff dem Felde scha-
 den genommen. docet & corroborat. B. Dn. Lauterb. d. l. n. 13.

XXIX.

Idem censemus observandum esse de *Emphyteusa* eo, qui canonem
 fructibus respondentem domino præstare tenetur. Hic etenim quia non
 tantum in recognitionem domini directi, sed insimul etiam pro usu prædii,
 perinde ferè ac simplex quidam colonus, istam pensionem debet, merito
 etiam ex eadem æquitatis ratione audiendus est, canonis istius remissionem
 iudicis arbitrio determinandam æq; in hoc pabulorum per istas pabulatio-
 nes amissorum, quam in alio simili incursus hostilis casu à domino directo
 petens, per ea, quæ comment. Vinn. ad §. 3. l. loc. cond. in fin. Gail. 2. obs. 23.
 n. 25. ubi benigniorem hanc vocat sententiam, licet multi contrarium sen-
 tiant. Valasc. d. l. n. 11. B. Dn. Lauterb. in Colleg. theoret. præct. ad tit. si ag.
 vest. th. 15. Excellentiss. Dn. D. Harppr. in disp. de eo, quod justum circa
 nivem. th. 22. ubi magnum DD. cumulum utramq; in partem disp. addu-
 cit. add. Steph. Nathen. de just. in bello vulner. t. 2. c. 15. Possit adhuc plu-
 ribus aliis hujus, & alterius generis, exemplis hic juris articulus dilatari
 & illustrari, sed, quia ad finem nobis depoperandum fuit, ea transire debui-
 mus, aliorum investigationi & iudicio ea relinquentes, qui obvenientes
 tales casus, ex analogiâ tum hujus, tum aliorum jurium ad eos spectantium
 ex suis sedibus in consilium adhibendorum & applicandorum facile deci-
 dere poterunt.

XXX.

V. Inferunt aut subministrant æquitatis quandam rationem
 pro extenuando in fructibus ex antichresi à creditore perceptis
 excessu, qui quatenus legitimam usurarum, aliumve in jure nostro permis-
 sum modum exsuperat, in sortem imputari debet. l. 1. l. 2. l. 3. C. de pign.

alt. l. 8. ff. in quib. caus. pign. vid. Rauchbar. p. 1. qu. 20. n. 38. Carpz. p. 2. a. 30. d. 41. & ibid. Goswin. ab Esbach. Tab. de alt. tant. p. 3. a. 11. th. 10. seqq. Hagen. de usu usur. c. 11. n. 17. seqq. & 231. seq. B. D. Lauterbach. disp. de jur. antichr. th. 44. seqq. Et cum illius excessus dijudicatio iudicis arbitrio relicta sit, arg. l. 1. ff. de jur. del. l. 1. ff. de usur. B. Dn. Mev. in disc. lev. indeb. c. 4. sect. 11. n. 20. Carpz. d. l. in fin. & ibid. Esbach. Dn. Lauterb. d. l. th. 48. ita ut is ipse probe pensitatis & ad iustitiae & aequitatis aequilibrium revocatis omnibus circumstantiis statuere debeat, an pro excessu, & an pro immoderato haberi possit, qui pro tali venditur, & in sortem imputari desideratur. Mev. d. l. n. 24. Rauchbahr. d. l. n. 42. seq. Hagen. d. l. num. 235. aequitati parum conveniens esse arbitramur, si Iudex iste in hac excessus aestimatione & determinatione ejusmodi clades bellicas planè susque deque habeat, & sic. gr. creditori ex pratis in antichresin datis omnia pabula per trium annorum seriem pabulatores milites abstulissent, insequentium trium annorum uberior proventus verò non tantum pabula communiter ibi nasci solita, ad creditorem eo jure spectantia, sed & insuper quae per excursiones tales ante ablata, vel in totum, vel maximam partem reddidisset, isque id omne quod in tribus istis benignioribus annis ordinarium fructuum proventum exsuperavit pro nimium abundante & immodico excessu notare & aestimare vellet: Potius verò officio Ejusd. id contineri censemus, ut ex aequitatis aequilibrio, quid imputari in sortem, quidve creditori ex hac abundantia aequiorem in modum relinquere debeat, statuatur, & ita definiatur, ne & hic nimium delicatus debitor, nec onerosus creditor audiatur. arg. l. 25. §. f. ff. de pign. alt. idque tum argumento aequioris illius juris, quod sequimur in simili casu in conductione per l. 25. §. 6. ff. loc. cond. & tradita in th. 28. add. Carpzov p. 2. c. 37. d. 14. ibi: Wie weit wegen durch Kriegs Gewalt erlittenen Schadens Remission und Nachlass des Pachtgeldes zu thun/ wird auff ehrl. und des werckverständiger Leute Erkantnus billig gestellet. B. P. Muller. de aestimat. jud. c. 4. §. 27. cui contractui valde affinis esse dicitur antichresis, Hagen, d. tr. c. 11. n. 164. seqq. ut proinde ab illo ad hanc etiam in determinando fructuum defectu & excessu concludere liceat Hagen. d. l. n. 164. seq. B. D. Lauterb. d. disp. th. 38. tum ex rationibus, quibus aliàs excessus aliquis modicus, aut non immoderatus, in hoc negotio non attenditur. l. 14. l. 17. l. 23. C. de usur. Sluter. de jur. antichr. th. 9. Hahn. ad Wes. ff. de pign. alt. n. 5. Mev. d. l. n. 17. seqq. plur. & n. 39. Tab. d. l. th. 10. seq. Hag. d. l. n. 123. Rauchb. d. l. n. 38. B. D. Lauterb. d. l. th. 44. seqq. Et quamvis naturales illi fructus, qui ex pratis atque hortis percipiuntur, pro fructibus atque proventibus ferè certis venditent & propterea quoties legitimum usurarum modum excedunt,

edunt, semper sortis imputandos esse, maxime cum & in culturam hororum & praetorum haud magnus requiratur labor, statuant Carpz. p. 2. c. 30. §. 42. Tab. d. l. 2b. 11. Sluter. d. l. 2b. 10. Verius tamen est, quod & hororum & praetorum fructus naturales & proventus & pretio incerti sint, per ea, quae tradunt B. D. Lauterbach. d. l. 2b. 40. Goswin. ab Esbach, ad Carpz. d. l. ut propterea & illos creditorem lucrari, licet legitimum usurarum modum aliquo modo excedant, rectius statuunt modo laudati Goswin, ab Esbach, & Lauterbach, dd. 11. Hoc tamen cum ea extensione nullatenus accipi debet, ac si creditor antichreticus audiendus esset, quando in casu, ubi debitori jus est rem in antichresin datam, nunc repetendi, ex sola hac ratione, quia ob pabulationes istas aliasve belli calamitates per aliquot annos ex re antichretica fructus non percepit, & insequentium annorum redditus istam priorum annorum jacturam nondum pensavit, rei antichreticae restitutionem detrectaret, aut adversus debitorem pignoratitia fortè actione, quae ei datur. in l. 33. ff. de pign. act. agentem exceptione retentionis, quae alias creditori competit in re antichretica, etiam pignori in specie non obligata, l. 11. §. 1. ff. de pign. art. Mev. d. l. n. 30. Sluter. de jur. antichr. 2b. 12. seq. Nicol. Martin. de antichr. 2b. 66. se defendere vellet. Sanè jura nostra, hoc ei non concedunt, cum fato hoc ipsum, quod antichresis finita fuerit antequam faventior aura in pensanda ista jactura afflaverit, imputare debeat, uti etiam, quae ex improvise potius casu, quam fraude accidunt. l. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar. quemadmodum nec audiri deberet creditor, si à debitore exigere vellet, ut, quia ad eum modum omni eo fructu caruit, aliquid vice usurarum ei exsolvat: quod naturalis antichreseseconditio non permittit, quae hoc in se habet, ut usus rei cum fructuum periculo & onere in creditorem transferatur, Mev. p. 6. D. 208. n. 1. seqq. Nic. Martin. d. disp. 2b. 66. quae est adaequatior ratio. ac ea, quae alias Dd. utuntur, quod fructus rei antichreticae jure domini ad creditorem pertineant, adeoque domino suo parent. l. 6. l. 9. C. de pign. act. quia ea saltem concludit, quae fructus actu à creditore perceptos, non quae pendentes, aut fundo adhuc cohaerentes nec quae eos qui sponte sua ceciderunt, aut ab alio, suo nomine separati sunt, vid. B. D. Lauterb. d. l. 2b. 38. & quae sunt aliae ipsissimae aequitatis rationes, quae hujusmodi creditoris petito validè obstant, quas optimè hanc in rem concessit Dn. Mev. in disc. lev. inop. deb. 6. 4. sect. 11. n. 40. Nicol. Martin. d. l. 2b. 65. B. D. Lauterbach. d. l. 2b. 53.

XXXI.

V. Siftunt quoque mediante pabulationis actu praegravatis spem liberationis ab onere talia pabula ad exercitus nostros devchendi. Neque enim ab iniquitatis specie immune esset, si quis duplici tali onere praeter aliis gravaretur. vid. supr. 2b. 12. Si quae alia adhuc harum excursionum sunt consectanea hoc quoque in loco deducenda, ea ex modo traditis recte dijudicare non erit adeò difficile:

XXXII.

Superest, ut contraria quoque paucis tangamus. Repugnant pabulatoriis militum excursionibus (1.) *inhabilitas personarum*, qualis est in prædonibus, grassatoribus & viarum obsessores, bey dem umbrauffenden / gartenden Anechten / Raubern / Buschlopfern. Quia n. hi ipsi militum nomine planè indigni sunt, pabulationes eorum mera furta & direptiones sunt, & idè non nisi ex horum delictorum jure censeri possunt. (2.) *Prohibitio militibus facta*, contra hanc n. quæ factæ sunt pabulatoriæ militum excursions & pabulationes à justitiâ suâ deviant, degenerantes itidem in spolia & rapinas, quæ tamen *in ordine ad publicum* aliquando convalescunt. & ad justitiæ statum reducuntur, visio quadante nus purgato per ea, quæ supr in th. 24. deducta leguntur. (3.) *Inordinata pabulatorum progressio & executio excessiva*. Quo periculosiores enim, in ordine ad hostem sunt pabulationes, eo adstrictiori ordine fieri merito jubentur, & quæ sunt molestiores & nocentiores dominis & possessoribus prædiorum, eo magis cohibenda & coarctanda earum executio, ne ultra limites necessitatis evagentur, quæ saltem ex extraordinario eo statu justitiæ suam mutuo accipiunt. Unde rectissimè hîc justitiâ quâdam severiori transgressores coercentur, & puniuntur pecnâ legibus & ordinationibus militatibus determinatâ, quæ pro ratione circumstantiarum varia est. vid. Reuter, Bestall. Imp. Maxim II. de Ao, 1570. ibi: *Wes es übertritt soll nach des Feld. Marschalls / auch Obristen / auch jetzt gemeldtem Reuter. Rechtsens Erthumb gestraffet werden* / etiam corporis afflictiva & ultimum supplicium, in specie aurium abscissio & suspendium. vid. scz. laud. Disciplina Puncten. S. ibi: *Ohn einiges Ansehen / wer sie sehn / oder wem sie zugehören / also halbe bey dem Kopff knechten / für das erste mahl ein Ohr / für das ander mahl Beyde / und Drittens / gar auffzuhängen.* jung. supr. adduct. Ord. pab, §. 16. ubi non tantum suspendium dicitur, sed & latruncularibus, & executoribus justitiæ in simul permittitur equos militum privatos sibi retinere usque dum certo pretio redimantur. (4.) *Insidie hostiles & itinerum obsessioes*, aliaque impedimenta, quæ excursions pabulatorias vel periculosas admodum reddunt, vel in totum inhærent. Et cum & nobis aliunde impedius ulterius pergere non liceat, his ipsis insimul & has nostras pabulatorias excursions terminamus.

SIT SOLI DEO GLORIA.

Dotibus



Dotibus ingenii, quæis Te natura bearit,
 Et quanto studio, sinuosa volumina Juris
 Lustrâs, præsens Tua Dissertatio monstrat.
 Sic decet Eximiam Te spem complere Tuorum,
 Hanc impetræsus facias augetur, namque
 Hinc Tibi surget honos, hinc surget adorea fama,
 Patria gaudebit, meritosque rependet honores,
 Ite ergo felix, & Te Patriamque decora.

Nobiliss. atq; Clariss. Dn. Corfwanto, Jurium Cultori in-
 defesso, Fautori & Amico suo honorando Cathedrâ conscen-
 denti paucis hisce animatus gratulari & abiturienti felicem
 per Viennam & hereditarias Augustissimi Imperatoris Pro-
 vincias, aliasque terras reditum in Patriam, ibique optimam
 Studiorum matrem apprecari voluit

GABRIEL Schweder / D. Consil. Würtemb.
 Placit. Feudal. & Juris Publ. Professor.

GRYPHICA quem sevit fractum, coluit GEDANENSIS,
 Flore suo validum TUBIA MUSA tulit.
 Falcibus hunc dignum repetit Sibi PATRIA nostra:
 Reddere quid renuas quem Tibi chara dedit?

Paucis his Nobiliss. & Praclariss. Dn. Corfwanto
 Cognato, Conterraneo & Commensali suo estimatis-
 simo, Auditori suo in Alimâ hâc Eberhardinâ per
 biennium solertissimo, abhinc in exteras Regiones, &
 inde in Patriam utring, dulcissimam tandem petenti,
 de profectibus suis eximiis animatus gratulatur, re-
 ditum in illam communem nostram Patriam deside-
 ratissimam, cum fructu omnigena felicitatis ex-
 optans.

P RÆSES.

Der Tag! Gelehrter Freund / so heute dich beglücket /
 Strahle unser Herzen auch mit frischen Blicken an:
 Und zeiget / wie der Ruhm der einen Freund erquicket /
 Bey seiner Freunde-Schaar Vergnügung bringen kan.
 Bisher war dein Herz den Muses ganz ergeben /
 Was nicht nach Weisheit schmeckte / war deiner Zung verhasst:
 Man sah stets betnen Mund an jenen Brästen leben /
 Daraus man Klugheit saugt / und freye Künste faßt:
 Jetzt heigst den Überfluß der heißen Muses Liebe /
 Da dein gelehrte Hand vom Futtragiren schreibt:
 Daran schaut aller Aug der klugen Stimmen triebe /
 Und daß dein Hergeseh der Weisheit einverleibt!
 Du hast wohl Futtragirt auff unsers Pindus Spitzen /
 Weil deine Hand das Recht vom Futtragiren lehret.
 Und weil du fort nicht wilt bey unsern Muses sitzen /
 So dencke / wie Ihr Ruhm / durch dich doch werd vermehrt!
 Dann so wächst auch dein Ruhm! Apollo wird dir schencken
 Der Lorbeern Ehren Reiß! Der ganze Muses-Chor
 Will deinen grossen Fleiß mit diesem Lob bedencken:
 Es bleibe Corschwandis Glück und Ruhm in stetem Flor!
 Und müssen dich / mein Freund / wir treue Freunde lassen /
 Bleibt dir das Herz doch bis es der Tod zerbricht.
 Dir sey das Glücke hold! Es müß' dich niemahl hassen!
 Diß sey das letzte Wort: Vergiß auch Unser nicht!

*Wie diesen werten haben dem Herrn Respondenti, als ihrem
 Hochgeehrten Tisch-Pursen alles Wohlgergehen anzuwün-
 schen wollen*

Die Sampsliche Tisch-Compagnie.

Dum THE MIDIS solers sectator pulpita scandis,
 Opto hinc successus quosvis, AMICE, TIBI,

*Nobilis. Dn. Respondenti-Conterraneo, atque Amico
 suo zkimatissimo gratul. scribeb.*


Barthold Petrus Mascov, Gryphisw. Pomer.

Strictus EXCURRIS Miles, doctissime Corswant,
 Ut TIBI contingat, SPLENDIDA PRAEDA, precor.

*Nobilis. Dn. Respondenti Amico Commensali
 zstimatissimo de excursionibus Militum dispu-
 tanti adplaudis*

Friger. Balth. Rhaw.






X2615916

W17







P. 167.

11
DISSERTATIO JURIDICA
DE
EO, QUOD JUSTUM EST,
CIRCA
PABULATORIAS
MILITUM EXCURSIONES,

70
3.
1698, 1^a

Vulgò
Bouragiren

5

Quam,
Cœlesti favore aspirante
CONSENSU ET PERMISSU
MANIFICI ET AMPLISSIMI ICTORUM
ORDINIS,
PRÆSIDE

DN. MICHAELE GRASSO, U. J. D.

Codicis, Novellar. & Crimina'. Sanction. P. P.
*Cognato, Fautore ac Studiorum suorum Promotore eo, quo par est,
cultu atatem prosequendo,*

Publico Eruditorum Examine subijcit
CASPAR CORSWANT, Gryph. Pomer.
In Auditorio Juridico,

Addiẽm Junii, 1698.



TUBINGÆ, Literis JOH. CONRADI EITELII

